

W. H. R. S.


W. H. R. S.

W. H. R. S.

No A
3 - 421

Del Colegio de la Compañía de
S. J. de Granada D. B. B.

R. 2249



~~Handwritten scribble~~

Del Colegio de la Compañía de
Jesús de Granada B.B.B.

R. 2749



Biblioteca Universitaria
GRANADA

Sala

Estante

Tabla

Número



LECTOR PROVIDE.
fusi procul este, imo adeste quot
quot estis; si modo vultis redire
ad sanitatem

Lector Provide.

Rem cupis, vt cœpisti, seruare tuam,?
vis haberi neque auidus, neque ari-
dus, neque tenax, neque pro-
digus, sed parcus, et ho-
mo frugi?

Perlege hæc præcepta, et leges œcono-
micas, quas in Dionysijs, sed ex pri-
marijs sapientiæ magistris, Aulicus
quidam otiosus sibi dixit, sibi
scripsit. Nunc iisdem partici-
pat amicos, vt ex sua face,
accendat alienam, et er-
ranti comitem viam
monstret.

Ea enim est temporum conditio, vt nisi
subducas ratiunculas, nisi viuas vitæ
castigatam, reulas, et speculas
breui videas decoctas.

Sed audacter aio.

Qui hæc legeris, quamcunque sustineas
personam siue priuatâ, siue publicâ,
faxo, reperies quæ sint vsui tibi, et
ciuibus. simulachrum Reip. vide-
bis. Domus parua est Ciuitas:
Respublica, domus ma-

xima;

xima: Ciuicis doctrina siue pars, siue
appendix est œconomica: Non est
tam simile ouum ouo, et lac
lacti, quam ius politicū,
et domesticum.

Porro.

Hæc volui te monitum, ne ad nomen
dissertationis œconomicae putares,
vel fractæ ollæ actionem in seruu-
lum tibi commostrari, vel sa-
illum, et laridum ad ari-
dum panem suaderi.

Omnia aureo modulo (quæ est me-
diocritas) dimetimur.

Inducuntur tres personæ de argumento
œconomico differentes: e quibus
liberabit nostram fidem Mode-
stinus, qui modum adhibet pla-
citis Tenorij (natura sua
tenacioris vt illum nomē
prodit) dum vterque
Nouatianum nouū
incolam huius Au-
læ ad disciplinā
domesticam
informant.

Vale IV. Nonas Martij qui dies est
postremus Dionysiorum et
prope conticium Anni

M. DC. XXXI.

* 2

Di-

Diuus Paulus 1. ad Timotheum. c. 3.

Si quis domi suae praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit.

Xenophon lib. 1. de dictis Socratis.

Qui boni patres familias sunt, iidem boni quoque Imperatores futuri.

Isocrates oratione ad Nicoclem.

Urbem eodem modo, quo paternam domum administra apparatus splendido & regali ratione vestigalium accurata: ut simul & illustri laude celebreris, et sumptus tolerare possis.

Themistius oratione 3.

Qui domi nequam est, foris nunquam bonus esse potest.

Basilii Imperator in documentis ad filium cap. 18.

Consiliarijs utere ijs, qui rebus proprijs bene consuluerunt, recteque eas administraverunt: non autem ijs, qui per imprudentiam male. Nam qui suis rebus male prospexerit, nunquam alienis bene consulet.

ELENCHVS

CAPITVM.

I.	Ingressus in Sermonem.	pag. 1.
II.	Commendatio, et Utilitas.	12.
III.	Domini Praesentia.	20.
IV.	Domini Diligentia.	30.
V.	Cura Minorum.	39.
VI.	Frugalitas, et Parsimonia.	49.
VII.	Emenda, et Vendenda.	72.
VIII.	Mutuum.	96.
IX.	Sponsio.	113.
X.	Aes alienum.	120.
XI.	Famulitium.	128.
XII.	Domus.	153.
XIII.	Custodia Domus, et Cura rei domestica.	169.
XIV.	Ordo, et Dispositio.	182.
XV.	Res Vestiarum.	191.
XVI.	Paria facere.	200.

SINOPSIS

CAPITVM.

Cap. I.

Labores, et artes Aulicæ, Genium Aulæ Hispanæ. Vitæ Aulicæ periculus. Præcepta. Aulicæ necessaria virtus œconomica. Situs Aulæ Hispanæ opportunus. pag. 1.

Cap. II.

Viris politicis, et consecratis œconomica virtus fructuosa. Rei priuatæ, et publicæ analogia. Domus bene instituta. Rei publicæ simulacrum. Princeps priuatorum bona maxime curet. Pecunia pacis & belli præsidium. D. Paulus ex bonis œconomis eligit Antistitem. Plato ex iisdem sacer dotes. Principes suos consiliarios. Difficultas domus instituendæ. Detrimenta domus malè constitutæ. Vita felix sine lite, sine prole, sine vxore. pag. 12.

Cap. III.

Præsentia in negotijs. Cur olim dictū frons occipitio prior? Fundus qui fiat foecundus? Oculus Domini fertilissimus. Fundi locatio mala. sed colonus vrbānus peior. Qui agrum parat domum vendat

vendat. Suburbanum prædium longinquo melius. Qui sunt, qui viuunt, & habuerunt hæredes. Breuis potestas pernicioſa. ſucceſſoris expectatio accelerat rapinas. Subditi continentur in officio metu Domini in horas aduēturi. Dominus à Vicario edoctus malè regit. Gubernator & Villicus ne fines suos egrediātur. Domino quādo lis reddita pro mercede? Agrum infamant feruorum rapinæ. Oculis alienis acta malè cedunt. Oculus Domini ſaginat equum. Stercus optimum ex Domini veſtigijs. Concoctioni quid conducat. Dominus eſt oculus domus. Diſſitus è re ſua iactura proximus. pag. 20.

Cap. IV.

Diligētia dominorum facit bonos adminiſtros. Indoctus melius ædificat in propria area, quàm doctus in aliena. Arator niſi incuruus præuaricatur. Quæ facile res domeſtica diſtabatur. Quiſque ſuæ fortunæ eſt ſaber. Ob rem partam exortæ criminationes inuidorum. Agricola Romanus ob foecundas meſſes quo modo ſe deſederit. labore industria omnia veniunt. Admota manu eſt fortuna inuocanda. pag. 30.

Cap. V.

Anulus anguſtus non geſtandus. Me-

diocritas laudatur. Minutæ impensæ ,
minuta damna non contemnenda. In re
domestica summum ius summa crux .
Parua repetita magnam summam effi-
ciunt. In Republica minimorum ratio
est habenda. Misima ne initio negligã-
tur. Errores in ha re. Principium dimi-
dium facti, verumetiam in minimis. Ob
minimas causas sæpe Respublicæ euer-
sã. Negligentia in paruis, mater incuriæ
in magnis. Neglectis minimis, in fine
damnum apparet. Assiduitas è paruis
magna facit. Hęc doctrina maximè per-
tinet ad mores. pag. 39.

Cap. VI.

Homo frugi omnia recte facere, cur
olim dictum frugalitas optimum vec-
tigal, sumptibus sufficit. Cato parsimo-
nia, & agricultura rem quæsiuit. Ratio
personæ habenda. Modus in omni re. Ci-
bi dimidiati an seruandi. Xenocratis
caseolus, famulo ob rem fractam an ex
dimenso detrahendum. Res vendendæ.
Obsoniorum pretia quibus expriment
gemitus. Officium boni oeconomi. Ho-
minis sordidi variæ actiones referuntur.

Cap. VII.

pag. 49.

De pecunia non gloriandum. Quate-
nus curanda sit res domestica. Quo pre-
tio liceat emere, quid in foro, quid sub
hasta

hasta. Non esse emacem vectigal est. Pa-
terfamilias sit vendax non emax. Afse-
est carum, quod nõ est opus. Mala empta-
tio ingrata, semper poenitet. Præcepta
bene emendi. Nec cupide, nec subito,
sine calore. Quid Iuriconsulti statuunt,
Periti adhibedi. Vitandi competitores.
Quid fecerit, & dixerit Cicero in hac
occasione. Emptor an illaudet re emē-
dã. Pecunia præsentis, an credita sit emē-
dum. Emendum die cæca, vendendum
oculata quorsum dictum. Pecuniam ex-
pendendam dominus an famuli tractet,
& enumerent. Præstet ne simul omnia
emere, an in dies. factum Periculis, & Iu-
dicium Plutarchi. pag. 72.

Cap. VIII.

In mutuo semper fit iactura pecuniæ,
& amici. Syngrapha adhibenda. Conui-
cium exigenti factum. Reddere sine quæ-
rela: in Antecessum. Delicatus debitor,
onerofus creditor sit benignus cum effi-
cacia. Adire cum sacculo debitorē. Op-
tima nomina non appellando sũt mala.
Creditor an sit tenax. An adiecto tẽpore
mutuandum. An postcõdus sponsor. Ve-
recundia quando abijcienda. Vituperata
effusio incõsiderata. Ex Pudore vitioso
quot mala. Initijs obstandum. Opera po-
tius, quàm res præstanda. Quæ amicitie
su-

fugiendæ. Parua potiùs, quàm magna mutuanda. Pignus an poscendû. Humanitas semper retinenda. pag. 96.

Cap. IX.

Sponsio mutui vicaria. Sponsoris manus apud extraneum defixa. Sponsionis laqueus. Stulti lætitia post sponsionem. Sponde, noxa præsto est inter tria oracula recensitum. Sponsor comes est æris alieni, atq; litis, sed miser. Christianæ pietati locus dandus. Præsules sponsoribus adsimilati, pag. 113.

Cap. X.

Aes alienum cauendum. Debitor cur semel rubidus, & decies pallidus. Felix & dives, qui nihil debet. Versuram facere quid sit. Debitorum molestiæ, indignitates. Feneratorum fugiendi. Ad aes alienum vitandum monita, & præcepta. Consilium Plutarchi. pag. 120.

Cap. XI.

Famuli an malum necessarium? An vere dictum tot hæstes quot serui? Ex indiligentia domini malus seruus. De ætate numero, delectu, & gubernatione seruorum. Qui habet unû seruû, habet integrû, qui duos dimidiû, qui tres nullû. Pauci potiores, quàm plures. Boni serui quatuor notæ. Recipiendi serui conditio quomodo dignoscenda. Seruis cibus; opus,

opus, disciplina. Quæ serui optima custodia? Dominorum humanitas requisita. A seruo an consiliû poscendû. Infirmus an alendus? Catonis rigor, & lapsus. Diuide, & impera an bonum præceptû? Ratio alia cognoscendi genium serui, & fugam meditantis? Serui qui fidi reddendi. Furta domestica cognoscenda. Pecunia asseruanda. pag. 128.

Cap. XII.

Ex pulchritudine ædiû dignitas Domini. Domus quam cœli plagam respiciat? Quæ asseruanda in qualibet parte. De stabulo, cur debet esse obuiû Domino. Coquina, cella præptuaria. Superior an inferior pars domus habitanda. Locus & laus Bibliothecæ. Mediocritas in comparandis, libris vsus. pag. 153.

Cap. XIII.

Serui Atriarij, & Atrientes. Canis an custos mutus. Custodia rerû. Mos signandi omnia anulo, signatû vinû. Lagenæ vae eae obsignatæ. Claues diligenter custodiendæ. Error ridiculus Lacydis Philosophi. Claues an seruent viri illustres? De Augustini, Albici Pragensis, Gaufridi Carnutensis variè facta. pag. 169.

Cap. XIV.

Sine ordine nec vsus, neq; elegantia. Non vsus rei certa paupertas. Negligentia

tia laboriosior diligentia. Ordo in vte-
silibus. Ordo quæ præfret? Locum capa-
ciorē omnia concinniora. Reposcit quæ
desunt. Alia commoda. pag. 182.

Cap. XV.

Descriptio Togæ. Homo sit elegans
non magnificus, splendidus, non sump-
tuosus. Episcopus ornatus in habitu.
Vestes coelo exponendæ. Vestispici, qui
olim apud Romanos: vestium numerus,
notæ in veste linea. Methamorphosis in
vestimentis an liceat. pag. 191.

Cap. XVI.

Nosce te ipsum Oeconomice. Quid sit
paria facere. sumptus nō superet censū.
Expensi, & accepti ratio habenda. Fa-
milia exigua, et benè culta. Rationes exa-
minandæ. Seruus cellarius, calculator.
conturbator. Festi diei expensas an refer-
ciat profectus. Sera in fundo parsimo-
nia. De docto vtendum in summo, par-
cendū in medio, largitio non habet fun-
dum. Gulæ damnæ. Protruiam facere,
Conuiuia quatenus celebranda. Cur de-
clarent hominē auarum? De vsu po-
tionis, & pulueris, quæ ex India venere.
pag. 200.

IOCO - SERIA

OECONOMICA
conloquuntur.

MODESTINVS, TENORIUS;
NOVATIANVS.

INGRESSVS IN SERMONEM

Cap. I.

Labores, & artes Aulicæ. Genium
Aulæ Hispanæ. Vita aulicæ pe-
riodus. Præcepta Aulicæ
necessaria virtus œco-
nomica. Situs
Aulæ Hispanæ
na oppor-
tunus.

Modestinus:

Ingressus tuus in hanc Aulam
felix sit tibi, & tuis, mi Noua-
tiane. Ex itinere qui vales?

Tenorius.

Et ego in eadem verba te com-
pello Aulicum tironē Felix (in-
quam) sit, & fortunatus tibi, &

familiæ vniuersæ bis, & ter hæc precatio est repetenda.

Nouatianus.

Rectè quidem valeo, & vos etiã saluere iubeo; licet ex rhedæ vocatione paululum infractus. Leuiticam non conduxì, ne videretur plena à me ipso locum Satyrìci non ignoratis. In curru tamen plurimum retuli de *Mæcenate Supino*.

Sed meliora Deus, nescio enim, quid mihi portentunt vestra verba, licet omnis officij plena, an labores Aulæ augurantur? malis nõ cedemus, audentiores ibimus fauente numine. Quod vitæ stadiũ eo fidentius, & sine offensione emetiar, si tuis præceptis, Modestine, me ad vitam aulicam informaueris. De publicis aliàs egemus.

Modestinus.

Næ ego id agrè fecero; nec scio cum quanto operæ precio. Vixi fautor in hac Aula aliquot annos, & decimum tertium laborem suum confecisset Hercules ex ijs, quæ ego decem annorum spatio sum perpeffus: nõ omnes labores suos superasset: & decimus iste annus est

est mihi verè decumanus: adhuc tamen Syfiphi lapidem volo, ne tamen tibi sim immorigerus, libenter annuam: neue multa edisseram, quæ nou faciunt ad rem, volo te, mi Nouatiane, (dum vixeris in hac Aula) Trysmegistũ.

Tenorius.

Quid ais Trysmegistum? nõnum inuentum audio: vis nimirum vt Nouatianus noster tamquã Aulicus induat diuersos mores: sumat, & deponat personam pro tempore. In summa sit cuiuslibet rei simulator, & dissimulator? certe ego veritus ne in hac scena malè explerem, meas partes, in Aulam inuitissimus veni: in qua adhuc non minus male hæreo, quam quisque inequitandi insolens hæret in ephypijs.

Nouatianus.

Itã censeo vult feruam vt feruus, aut fugiam vt ceruus, vult viuam in Aula, iniurias ferendo, & gratias agendo. Hæc etiam præcepta propinauit mihi vir mei amantissimus, & in Aulis versatissimus ante meum è patria disces-

Testi-
ca Ma-
thons
plena
ipso
Iuuen.
sat. r.

c.

sum. Qui præterea, quod attinet ad mores, hæc alia me monitum volebat. Aulam petis, inquit, quæ gravitatem quandam, & maturitatem estimabit; sed quæ velut ex naturæ præcepto intumescat (non morosam meo iudicio voluit dicere, non affectatam) leuitas addebat contemptui, propemodum odio illic erit vel apud eos, qui in vltima quoque sorte supercilium non ponunt.

Modestinus.

Istud de vita matura optimè præcepit. Sed neuter est affectus quid velim. numquam ergo artes illas aulicas (fallacias dicerem suo nomine) probavi. Aulicum volo Trysmegistum, hoc est ad tria bene institutum: ad ethica (inquâ) politica, & œconomica quæ quisquis in Aula victurus nõ optimè calluerit, illius breui expectanda est ruina. Singula prosequer; nisi de ijs, quæ pertinent ad duo priora capita, extarent proluxa & sagacissima commentaria. Fusior ego volo esse in œconomicis: quæ vitæ pars à paucis

enucleatur. Annotavi in meis schedis nõ pauca ex probatissimis auctoribus, vel philosophiæ vel iurisprudentiæ cultoribus. Quibus licet non exiguo labore conquiritis, te, Nouatiane, participabo.

Tenorius.

Optimè vt video hodiè operam locabimus, cum disciplinæ œconomice ratio in postremis non sit habenda. vix est credibile, quæ naufragia patiantur permulti, qui Aulam ingressi bene nummati, exhaustis oculis intra paucos dies, & per summam ignauiam (itã appello luxum, & iniuriam cum sumptibus non necessarijs) deridendos se omnibus propinant. Necessè est vt miseri veltificationis suæ rostra aliò conuertant, quot versuras faciunt, vel anulum oppignorantes? quot nomina nominibus expungunt? Veram, faciunt nescio cuiusfictionem de aulico, qui in primo Aula ingressu exceptus fuit aurea portã, & à mulieribus miræ pulchritudinis: quæ ad omnem manditiam & elegantiam factæ blandis appel-

lationibus hominem excepere : sed eò deinde deduxerunt , vt necesse eidem fuerit Aulà egredi obfitum, pannosum, & vià plane diuersà, nempe per posticum: vnde præter difficilia, & prærupta complanatus iter non aspexit.

Novatianus.

Hoc ipsum est, quòd etiam me monuit, dum Aulam cogitabam, vir amicus, & non illiteratus. Aiebat se legisse in Luciano vestibulū Aulæ sublime esse, & inauratum: opulentiam auream fecere intus; spem etiam hominem manu prehensum circumducere: sed deinde exceptum à fallacia, & seruitute (istæ opinor sunt mulieres, quas depingit) traditum labori, tum verò spes euauit, & cum miser egressum voluit meditari non per aureum illud atrium, per quod fuerat ingressum voluit meditari sed per posticū, & occultum exitum fuit eiectus, nudus, ventricolus, pallidus, senex: exeunti sola occurrit Pœnitudo. Hunc mihi vitæ aulicæ periodum enarrabat: atque vbi sibi nihil proficere

visus

Lucia.
in dia
log. de
merce
de cō-
duc.

visus est, in hæc verba me dimisit. Vade, Vale, Caue: & cauendas inculcabat, nescio quas lamias dormi coecas, fori oculatas. cautè etiam agenda omnia iterum dicebat; vel si malè feceris, cautelâ adhibe, aiebat. si est peccandum clam pecces. illud opinor voluit dicere, si non castè, cautè.

Modestinus.

Lamias, quas amicus finxit, & depinxit, ita cauebis, si conscientiam tuam nullius mali consciam appellaueris, hac in re nihil formides, si rectè feceris; sin autem malè, tu fortunæ tuæ architectus eris, & cum in libera ciuitate liberas esse linguas dixerit Imperator contumelijs profectus, liberis res priuatus homo diuagari sinat. Sed in primis Deo fidas: nulla enim est vita tam munita rectè factis, ad quam cuniculos maleuoli non suffodiant. Dissimulatione etiam opus est in tempore. Nero quàm turpis, & insipiens? hac tamen in re illi peccus sapijt. Neque enim curauit multa còtumeliosè dicta. *Ne ingenia irritaret,*

ait Suetonius. Et nota sunt illa de iniurijs, & contumelijs: *Spretæ exolescere, Si irascaris, agnita videri.* Monitum alterum, & cautela plenum, quod seruandum præcepit in quacûque actione. *sfagaces quidem decet, sed in bona causa, cœterum in mala.*

Vt serui tacitæ,umenta loquentur.

Et canis, & postis, & marmora.

nulla spe impunitatis est peccandum. nec si habeas Gygis anulû. Sed ne tu per aureas illas fores ingressus per alias longè dissimiles eijciaris, in manu tua est, Nouatiane: si nimirum rem domesticam bene procuraueris. quæ diligentia si alicubi gentium in hac Aula maximè est necessaria: in qua quæ venalia prostant vel in foro olitorio nimium quantum pecuniæ exhauriunt: adeo vt si rationes subducere velimus, quod alibi in carnibus hîc in herbulis, & terræ frugibus impendi comperiamus. Vndè si me audieris non *sum ex fulgore, sed ex fumo dabis lucem.* Et quamuis in hoc primo ingressu sit tibi curta supellex, meo etiam

etiam consilio non festinabis ad emptionem earum rerum, quas potius ad splendorem, & elegantiam, quàm ad necessarium vitæ vsum, & personæ, quam sustines, dignitate comparantur. Nisi tamen multo auro abundes, quod adhuc, vt iterum repetam, exhaurient non exigua omnium ferme rerum pretia, quæ hîc vanales prostant. Multa sunt supra fidem: earum maximè, quæ aliundè hîc importantur. Nèque id est mirum homini, qui consideret situm huius Aulæ: est enim mediterraneus, & non solum maris beneficio priuatur, sed nec vlla fluminis opportunitate iuuatur. Porro à mari introrsus recedit quinquaginta leucas ad minus. Quod si interroges cur in hac Hispaniæ parte Aulæ sit fixum domicilium? Duo respondeo. Aëris salubritatem (quem spiraret Rex Catholicus, cum aliquo etiam subditorum incommodo talis fuisset eligendus) & maximè situs opportunus: est enim totius Hispaniæ umbilicus. Verùm, vt

redeam è semita in viam, maturandum est tibi, Nouatiane, multis in rebus: precipuè in emptionibus. Occasiones, inquam, sunt aucupandæ. Preciosa quaque, interdum benigniori pretio distrahuntur, & sub hasta. Multi aulici voti compotes recedunt: Non pauci post spes decoctas colligunt sarcinulas, & cum puluisculo corradunt ad viaticum pecunias. In summa sunt non raro auctiones: ibi licitari poteris: sed *sine calore, sine stultitia* aiebât Iuriscôsulti. At hæc præcepta posterius, si per vos licuerit,

Tenorius.

Planè cordatus homo es, qui cautelas eximias aulicis dedisti, dum vis videri tacuisse scilicet more prudentum, quibus dissimulare eloquentiam in more fuit. *Nisi enim artes, & consilia lateant, quicquid deprehenditur perit.* Breuis licet fuerit tuus sermo in politicis, succi tamen plenus fuit. Sed amabo futurior sis deinceps in œconomicis. Aures enim cum gustu tibi accommodauero, Modestine. Nec sine

ope-

Quintilianus.

operæ pretio de re œconomica, præcepta dederis, quæ habes; tamen si mihi quoque huius generis præceptiones non desinit, quas responam in tempore. huic studio adieci animum iam pridem; neque neglexi meam rem.

Nouatianus.

Ex hac contentione, maxime vt video, præceptorum seges mihi succrescit. Gratissima mihi erunt hæc aduentoria & isagogica. Sed age fare Modestine tibi, vt antiquiori huius Aulæ Inquilino Tenorius primas concedit.



COMMENDATIO,
& Vtilitatis.

Cap. II.

Viris politicis, & consecratis œconomica virtus fructuosa Rei privatae, & publicae analogia. Domus bene instituta Reipublicae simulacrum. Princeps priuatorum bona maxime curet. Pecunia pacis, & belli praesidium. D. Paulus ex bonis œconomis eligit Antistitē. Plato ex iisdē Sacerdotes. Princeps suos consiliarios. Difficultas domus instituenda. Deuota domus male constituta. Vita felix sine hie, sine prole, sine uxore.

Modestus.

HOdiernum hunc sermonem, quem de cura rei domestice instituimus ad omnem Reipublice partem pertinebit: publicam, inquam, & priuatam, sacram, & pro-

profanam: vnde spero non fore tibi infructuosum: vel enim priuatam vitam ages, vel publica tractabis. Si nullam Reipublicae partem attinges, curabis domestica cum laude, & vt bonus ciuis: si magistratum aliquando gesseris, simulacrum administrationis publicae hoc sermone intueberis. Parum differunt domus, & Ciuitas, imò & orbis; *Mundus domus est maxima rerum*, ait Varrò. Vnde vtraque hæc gubernatio œconomica, inquam, & politica multitudine tantum differunt, in reliquis partes visæ sunt Socrati apud Xenophontem *Cura rerum priuatarum multitudine solū à gubernatione differt in ceteris verò similiter sunt*; & Platoni idem visam; è quibus Neoterici hausere. Quod si abesset à vera ratione gubernandae Reipublicae neutiquam Isocrates ad Nicocleē dixisset. *Vrbem eodem modo, quo paternam domum administra apparant splendide, & regali ratione vtilitatis accurata: vt simul, & illustri laude celebreris, & sumptus tolerare possis. Vix dici potest quantum vinum*

Orat. ad Nicocle.

Xenoph. lib. de domesticis & sacris Socratis Plat. lib. de Ciuitate. Cicil. Petrus Greg. lib. 3. Synt. cap. 1.

boti.

Henr.
Farnes
lib. 4.
de si-
mula-
cro Re-
ip. in
praf.

obtineat virtus domestica ad be-
ne beateque Rempublicam fun-
dandam; nam si ea optimè cense-
tur. *In qua natu maiores coluntur vt
patres, minores diliguntur vt filij,
æquales amplexantur vt fratres, quæ
summa est commendatio Respublicæ,
videtur quasi proficisci ex œconomica
virtute.* Sunt verba auctoris non
ignobilis, qui ob oculos viri politi-
ci ciuilitatis imaginem constituit.
E contrario si mihi dederis ciuium
domos malè institutas, omnia in re-
ipsa publica obseruauero distorta.
Sicuti neq; sine domo vicus, neque
sine vicis ciuitas, neque sine ciuitate
potest esse Respublica ita ex domibus
prauè institutis vici, ex vico ciuita-
tus, atque Respublicæ fit contagio. Ex
eodem calamo hæc defluxere.
Hinc fit, vt qui Rempublicam
saluam volunt, priuatorum opes
non negligant, imò curent. * *Pri-
uati sumptus,* ait auctör valde bo-
nus, *non sunt ab ijs, qui Respublicæ præ-
sum: negligendi.* Domus enim exhau-
riuntur, & domibus ciuitas cõstat. itaq;
valere non potest quasi corpus aliquod;
in membris malè affectis. Propterea te-

Paul.
Man.
lib. de
leg.
Rom.
Simæc
de Re-
ip. c. 19
à n. 34
& c. 30

ges

ges sumptuariæ multæ ad coer-
cendam luxuriam diuersis tem-
poribus omnes vtilissimæ latæ sũt:
vt de modo supellectilis, funerum,
cœnarum, alioq; genere. Et vul-
gare est apud politicos instituire
eos discursus: in Republica parsi-
moniam summum esse vectigal: &
Principis potentiam legibus sum-
ptuarijs mirum augeri; certè Rei-
publicæ interest, *ne quis re sua malè
vtatur.* Hoc nos docet Iustinianus,
& illum Isocratica præceptio in-
struxerat. *Rem priuatorum familiarè
curato: & prodigos de tuo facere sum-
ptus, & ad rem attentos tuas opes au-
gere existimato: bona enim omnium
in Vrbe habitantium ad familiam
peruenit Regum bene imperantium.*
Dixerat Isocrates ad eundem Ni-
colem virum principem. Alpho-
sus Atestinus Dux Ferrarientis di-
ligens fuit œconomus, & rei do-
mesticæ curator. hanc curã ad pu-
blica extendebat, & aduersus parsi-
monia, & totius disciplinæ suæ
obtrectatores, graui edito elo-
quio, prædicabat. Principio ina-
ne esse nomen, & id contemptui,

Adam.
Cozẽ.
lib. 8.
Pol. c.
13. &
14.

S vlt.
Inst. de
ijs qui
sunt
sui ve
alieni
iuris.
Isocr.
orat.
ad Ni.
cocl.

&

& iniuriæ semper expositum videri: nisi eius ætario prægrandem, signatæ pecuniæ vim ante pericula congestam contineri, seruarique omnis generis homines existimarent. Nerusus Reipublicæ est pecunia, ait Suida, & magnus ille Triultius interrogatus de necessarijs ad bellum, tria respondit. Pecuniam, Pecuniam, Pecuniam. Quod si homo sacrorum virorum ordini est ascriptus, non illi propterea est contemnenda disciplina œconomica, imò magis amplexanda. Quisquis enim domi suæ bene præfuerit, primum nactus est gradum, & præludium non modò ad politicam, & civilem præfecturam sed etiam ad Sacram & Ecclesiasticam administrationem: certè doctor gentium Antistitem, quem suis coloribus depinxit *Domus suæ bene præpositum* optauit: contra indignum censuit, qui eidem nequiter præesse. cui qua spe Ecclesia Dei committeretur? Vides quomodo in œconomica gubernationis veritate sumperit coniecturam: imò iudicium protulerit de

industria futuri Episcopi in Ecclesia gubernanda? Hoc idem Plato etiam præceperat. qui Sacerdotem vult deligi. *A domo quæ maximè pura, & munda, quod præceptum Basilius Græcus Imperator profanæ, & publicæ gubernationi accomodauit. Nam inter cætera monita, quæ filio suggestit hoc præcipuum recensuit, spectans ad delectum consiliatorum. Consiliarijs, inquit viere ijs, qui rebus proprijs bene consuluerunt, recteq; eas administrarunt. non autem ijs, qui per imprudentiam malè. Nam qui suis rebus malè prospexerit, nunquam alienis bene consulat. De qua politica animaduersione tractant multi, dum agunt, cur pauper interdù sit submouendus a publicis curis? Sed Basilio Imperatori Isocrates præiuerat, qui in viro publicæ rei præposito vult inesse hanc eandem notam boni œconomi. Prima, inquit, emendanda, ordinandaque est Reipublica ratio, si de negotijs publicis deliberaturi, eos in consilium adhibuerint, quibus in priuatis rebus nullos anteponemus.*

Plato
6. de
legib.
Basilius
Imp.
ad fili-
um
docu-
men-
tis.

Isocr.
orar.
de Pa.
ss.

Paulus
Touius
in eius
vita.

P. Gr.
lib. 25.
cit. c. 1
Sche-
nagan.
de Ec-
cl. off.
morib.
l. c.
C. 1. ad
Timoth.
th. 3.

Ego etiam tecum censeo; unde operam, ut iterum repetam non ludemus, si œconomica tractabimus, nec de re facili, aut infructuosa decernemus? Domo bene instituta nihil est difficilius. Eiusdem institutio neglecta vix est credibile quot procreet incommoda. *Difficilis est domus institutio, adeo ut vix cuiquam succedere possit.* est animaduersio Cardani in suo Proxenetæ, & spectat ad difficultatem virtutis œconomice, quam si non atsequamur, hæc profequitur de incommodis. *Sæviant procelle inimicorum, emulorum persecutiones, inopia, iudicia iniqua, um reliqua omnia non tantum incommodi afferent quantum domus male instituta.* Incidi nudius tertius in hunc Cardani libellum typis impressum paucis ab hinc annis: licet dubitem de auctore. Sed an altius repetes hunc sermonem? & de imperio herili, patrio, & coniugali tractabis.

Modestinus.

Hic esset ordo, & methodus Aristotelica. Sed aliâ insistam via.
nam

nam hæc duo postrema capita nos minimè tangunt, & eò magis præteribo, quod dies inclinata.

Tenorius.

Rectè dicis: ad nos Cœlibes nō pertinet de vxorib⁹, & liberis tractatio. Ego etiam si litibus nō implicabor (quas pro virili fugio, sed non negligo meam rem) inscribi faciam sepulchro illius verba, qui est testatus, & gloriatus se vixisse sine lite, sine prole, sine vxore. Felicissimè egit.

Neuaticus.

Vterq; satis me fecistis docilem, & attentum. de benevolentia nō ambigo. agite dum depromite præcepta aliquot in vsum, quibus opinor debetis abundare. ut docet studium, & amor quod præfertis de hac disciplina, & domus tua, Modestine, ut audio tam bene est instituta ut nihil supra.

To Eoi
rathio
Abri
h ma
Orre-
lij.

DOMINI PRÆSENTIA

Cap. III.

*Præsentia in negotiis. Cur olim dictum
Frons occipitio prior? Fundus qui fiat
secundus? Oculus Domini fertilissimus.
Fundi locatio mala. sed color
nus Urbanus peior. Qui agrum parat.
domum vendat. Suburbanum prædium
longinquo melius. Qui sunt qui
viuant & habuerunt heredes. Brevis
potestas perniciosus, successoris expectatio
accelerat rapinas. Subditi continentur
in officio meum domini in horas
aduenturi. Dominus à Vicario edoculus
male regit. Gubernator, & Villicus
ne fines suos egrediantur. Domino
quando lis reddita promercede?
Agyum insamant seruorum rapinæ.
Oculis alienis acta male cedunt. Oculus
Domini saginat equum. Stercus
optimum ex Domini
vestigijs. Concoctioni
quid conducat.*

Dominus

*est: oculus Domus. Dissi'us è re sua
iacturæ proximus.*

Mo-

Modestinus.

Pincipio ad rem domesticam
procurandam, & ad omne
negotium feliciter conficiendum
tua ipsiusmet præsentia est necessa-
ria: præsens scilicet, & testis adesse
velis, vbi tuum geritur ne-
gotium. Ad quod præceptum
illustrandum multa possum addu-
cere ex auctoribus primæ notæ tã
Græcis, quàm latinis. apud hos ce-
lebre fuit illud, & oraculi loco ha-
bitum. *Frons occipitio prior*. quod
prima facie ridiculum videtur;
quis enim ignoret frontem prio-
rem esse capitis partem, occipi-
tium posteriorem? Sed aliud intel-
lexere eius auctores: frontem prio-
rem dixere quasi potiore. Certè
hac amphibologia vsi sunt, vt de-
notarent quàm necessaria, & pro-
ficua esset domini præsentia per
Frontem significata. Diæterium
primus, vt opinor, dedit Cato œco-
nomicorum pater *Si bene*, inquit
adificaueris (hoc est velis adificare)
*libentius, & sapius venies, sumus
melior erit minusque peccabitur: fruc-*

Cato
lib. de
terros.
c. 4.

ti plus, capies. Frons occipitum prior.

A Catone haufit Plinius, quo loco dixi non mentitos eos, qui dixere Frontem Domini plus prodesse quam occipitum. Quam sententiam aliter exculit. Et idem, inquit, maiores fertilissimum in agro oculum Domini esse dixerunt. Quam in re fusior & luculentior est Columella. etenim rem malam putavit frequentem fundi locationem, (verba proferam posterius) peiorem tamen Urbanum colonum, qui per familiam mauult, quam per se agrum colere, paucis intellexit, ad optimam agrorum culturam præ omnibus desiderari domini presentiam. Non assiduus labor, inquit, & experientia villici, non facultas, ac voluntas impendendi tantum pollent, quantum vel vni Præsencia domini, quæ nisi frequens operibus interuenerit, ut in exercitu cum abest Imperator, cum Etia cessant officia: maximeque reor hoc significantem Pænum Magorem suorum scriptorum primordium talibus auspiciatum sententijs. Qui agrum parabit domum vendat: ne malit Urbanum quam rusticum larem colere. Cui ma-

Plin.
lib. 18.
c. 5. lib
c. ii. c.
6

Columel.
lib. 1.
de re
rust.
c. 1. &
2.

gis cordi fuerit Urbanum domicilium rustico prædio nõ erit opus. Qui auctor ob eandem causam potius probat suburbanum prædium, (quo domino ut occupato post quotidianos labores excursus facile post negotia fori contingit) quam longinquum. Nam qui longinqua, subdit, ne dicam transmarina rura mercantur velut hæredibus patrimonio suo, & quod grauius est viuere cedunt seruis suis. qui absente domino, & sub expectatione successorum rapinis magis quam cultura student. quid potuit dici luculentius? nisi velis antiquioris seculi sententiam, & eiusdem notæ Pomponius in ergastulo. Nam longè, dixit, ab urbe villicari, quod herus rarerer venit, non villicari, sed dominari: mea sententia est.

Tenorius.

Quam aptè hæc postrema accommodari possent temporarijs prouinciarum rectoribus? Politicæ œconomicis illustrantur, ut initio es præfatus: & quid simile ego aut in Statio aut in Seneca Tragico olim legi. Non parceret populis
bre

breue regnum: locus excidit.

Modestinus.

Non sunt huius loci hæc considerationes: quisque eas eliciat, cū occasio se obtulerit. Reuertor ad auctorem de re rustica ante laudatum, qui ita alibi exorditur. Censeo igitur in propinquo egrediari mercari, quod & frequenter dominus ueniat, & frequenter se venturum quam sit venturus denunciaret. Sub hoc enim metu villicus cum familia erit in officio, quo pertinent, quæ ibidem addidit. Diligentem patrem familias decet agri sui particulas omnes, & omni tempore anni frequentius circumire, quo prudentius. Nam illud uetus est, & ceteris agrum pessimè multat. Vetus dominus quid in eo faciendum sit non docet, sed audit villicum. Velles Tenori hæc postrema; accommodarem Principi, & Præsuli, qui non suâ, sed Vicarij scientiâ, & sententiâ regit, & d iudicat. hæc alias. Sed Columella legerat superiora in Xenophonte. Quo sapius uenies fundus melior erit. (ait iste in œconomico) Atq; alia eiusdem auctoris de villico prolata possu-

mus tribuere diligentiori œconomico. Villicus, inquit, quod ait Cato ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi ut adducat aliquam culturam, & hoc si ita est in vicino ut cito remeare possit. Qua in re laudatur Aqlæ Psofphidius apud Plinium, qui è prædico quod colebat nunquam fuerit egressus. Demum congruenter superius dictis hoc protulit iudiciū, ita certè meri sero opinis rem malam esse frequentem locationem fundi, peiorem tamen Urbanum colonum, qui per familiam manuit, quam per se colere. Salserna dicebat. huiusmodi homine serere pro mercede. huiusmodi. celebris est conclusio eius dissertationis in qua incommoda recenset, cū domino absente colunt agrum serbi, & villici. Nam, & ipsi diripiunt. cōcludit, & ab alijs furibus nō custodiūt. Sed nec conditum cum fide rationibus inferunt, ita sit ut actor, & familia peccent, & ager sapius infametur; quare talis generis prædium, si et dixi, domini præsentia cariturum est, censeo locandum.

Nec intelligatis velim à solis œconomicis, quales in primis cen-

B

fen-

Columella.
lib. 1
de re
rust.
c. 3.

Plin.
lib. 7.
c. 16.

Columella.
lib. 1.
c. 7.

Liuius
Terē-
tius

sentur scriptores de re rustica hoc præceptum de Præsentia domini esse profectum. Liuius qualis, & quantus scriptor? non satis dixit *felicitè procedere, quæ oculis agas alienis*. quem comicus rei domesticæ peritus artifex præcesserat, tale quidem inueniens ijs verbis, & post nescio quas querimonias. *Ita vs fit, domini ubi absunt*. Quò demum alludit alterius acroama apud Gelium, cum ipse corpulentus & nitidus equum haberet macilentum, & strigosum. Interrogatus enim differentie causam, mirum non debere videri, respondit, si equo suo esset habitior: quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus.

Xenoph. lib. 5. memor. Arist. lib. r. œcon. c. 6.

Verum enim verò hæc, & alia ex Latinis adducta, à Græcis, vt monui, defluxere. vulgare illud, & proximo dicto omnino simile. *oculus domini saginat equum*: Xenophontis est, & Aristotelis: tum etiam vox cuiusdam, qui interrogatus, quod stercois esset optimum? *Domini vestigijs*, respondit tribuitur Persæ, & Lybis, & utroq; Apophthegmate denotarunt magnum

gnum habere momentum ad res bene gerendas *Domini præsentiam*: qui si velit agros suos sæcundos, eos frequenter visat, pedibus terat, vestigijs calcet: nullum erit stercois pinguius.

Tenorius.

Pace tua fari liceat, & sit honos auribus. metaphoricè hæc dicuntur, & verissimè. Sed tu quod stercois physicè optimum censeres ad agrum stercorandum?

Modestinus. Non occurrit profectò: nec tua interrogatio facit ad rem. saltas extra chorum.

Tenorius.

Hoc sanè fateor: sed ne excidat mea obseruatio. Asinum stercois esse aio. honorem auribus iterum precor. Nec tam est mea, quàm tui Columellæ: verba ipsius teneo memoriter, & attendenda est ratio, quam dat; cum sanitati cõferat. *optimum*, inquit, de stercois re agens, *exiis limatur, quod Asinus facit: quantum id animal lentissime mandit, ideoq; facilius censo quies, & bene coniectum, atque idoneum protinus*

Columellæ lib. 2. de re rust. c. 5.

aruo finum reddit. Nota quid con-
ducatur concoctioni, & vitupera-
non tam mandentes, quam de-
glutientes cibum. Sed tu profe-
quere; & parce intempestiua ad-
mifcenti.

Modestinus.

Primum etiam diceritū ē duo-
bus effertur à Plutarcho, tanquam
ab equifone prolatum, qui dixit
nihil æque faginare equum, atq;
Regis oculum. Demum ē Græcis re-
censetur. Aeschilus, qui non abfi-
mili figura prouerbiali, Domini
præsentiam censet esse oculū domus.

Nam domus oculum domini esse iu-
dico præsentiam.

Videmus vt sapientiores ē Græ-
cis, & Latinis nos monuerint absē-
tibus heris omnia fieri indiligen-
tius, quisquis igitur rem suam salu-
am voluerit præsens illam curet,
non fidat, vbi poterit ipse adesse,
aliæ industriæ. secus concludo
eum Columella; Procul ab agro suo
(ego dicerem negotio suo) diffusus
iacturæ suæ vicinus est. atq; hæc ha-
bit, quæ dicerem de domini
præsentia.

Plut. l.
de lib.
educ.

Aesch.
in Per-
se.

Colu-
mell.
lib. 1.
de re
rust. c.
r.

Nonatianus.

Nisi hodie in optimum œconomi-
micū euado, nescio quando istud
assequar, tot eximia, & electa de
re domestica intelligo.

Tenorius.

Non dum deprompsi ē meis
chartophylacijs salubriora: quæ nõ
sunt pauca, & ijs tantisper absti-
neo, vt tibi deferam, Modestine:
qui perge, vt cœpisti;



DOMINI DILIGENTIA.

Cap. VI.

Diligentia dominorum facit bonos administratos. Indoctus melius ædificat in propria area, quàm doctus in aliena. Arator nisi incuruus prauaricatur. Quàm facillè res domestica dilabatur. Quisq; suæ fortunæ est faber. Ob rem partiam exorte criminationes inuidorum. Agricola Romanus ob secundas messes quomodo se desederit. Labore industria omnia reuertiunt. Admotam manu est fortuna inuocanda.

Modestinus.

Post domini præsentiam, requiro in re domestica diligentiam, æconomus præsens sit, & simul diligens: quid profuerit domi adesse, & desidere? Qui domesticas rationes saluas vult, & domesticos ipsos suo munere rectè fungit, elaborandum illi est strenuè: adeo vt ex domino familiares de-

su-

sumant exempla. Sic habebit bonos domesticos, meliores administratos: domini diligentia bonos facit ministros, nisi enim Pater familias disciplinæ exempla præberit, frustra vicarios diligentes expectabit, est animaduersio Aristotelis. Inserant quid velint ex hoc monito boni politici, & idem conperient euenire in sacris, & profanis prefecturis. Imò tantas vires obtinet diligentia, vt diuturna cogitatione, industriaq; solertiam, & doctrinam periti artificis exsuperet. Verum quod, vulgò dici solet longè melius in propria area indoctum dominum, quàm doctissimum architectum in aliena ædificare, refertur causa in cognitionem, & cogitationem assiduam, quæ per summam diligentiam in re domestica procuranda, debet Paterfamilias obtinere. Et planè multa sunt negocia, quæ absq; magno labore perficere nõ possumus. *Arator nisi incuruus prauaricatur.* Sunt verba maiorum nostrorum, quæ ad difficile quoduis negotium accomodatur, & collecto-

Arist.
lib. 1.
æcon.Franc.
Patr. c.
lib. 8.
de Inst.
Recip.
in fi-
ne.Plin.
lib. 18.
c. 19.

ri adagiorum occasionem dedere; ut inter prouerbia censerentur. Præcipiunt verò ut arator aruum rectis sulcis primum profcindat, mox obliquis subigat; quod fieri vix potest absq; magna vi, & contentione incumbens toto corpore labori, quod nisi efficiat præuaricabitur, hoc est à rectis sulcis diuertet. breuib; præcipiunt laborem & diligentiam.

Nonatianus.

Memini etiam ego senem, & virum senatorium, capularem, filicernium iurgia miscētem cum homine familiari ob rem domesticā malè procuratam: obstrepebat clamoribus vicinia. Sed ille ut incompositas voces excusaret, ad me conuersus: Patri familias, inquit, si diligentior, & remissior fiat, seculus non eueniet, atq; ijs qui parua cymbula subuecti luctantur aduersus decurrentes fluminis aquas, quarum impetum: si non remigio propulsauerint, in præceps rapiantur necesse est. Ità nos Patres familias si indulgentiores facti rem familiarem neglexerimus, ad ege-

sta-

statem conuolamus via compendiaris. Arrisi homini, & suam illi opinionem confirmaui carminibus Virgilianis.

Non aliter, quam qui aduerso flumine lembum

Remigys subigit, si brachia forte remisit.

Atq; illum in præceps promo rapit alucis anni.

Qua similitudine vsus sum etiam fuisse D. Hieronymum ad Pelagiū addidi, nec in re admodum dissimili: verba ipsa que non exciderant, recitavi. *Quomodo qui aduerso flumine lembum agit, si manum forte remisit, statim retrahitur, & fluentibus aquis, quo non vult ducitur. Sic humana conditio, si parum se remisit, discat fragilitatem suam.* Quibus in tempore dictis vehementer est lætatus bonus senex, morosus licet, & iracundus, atq; infit. Ità prorsus nobis euenit, si abs domestica disciplina digredimur, in indigentiam prolabimur. Deinde incidi in illa *Æliani, Sæpe pecunias quas multo cum labore quis vnctatim vix comparserit iuxta Archilochum, eas vn-*

B 5

uer

Lib. 4.
de Vitiis
hif.

versas sapè in scorti marisupium effundit. Quemadmodum enim Echinura, sic etiam nummos capere facilius est, retinere verò difficile. An ex Anaxagora de Regno? Magno cum negotio pecunias cōparari, sed multo maiori opera conservari, & custodiri. Satyrus ab utroq; non recedit, qui de diuitijs, cura maiore, meliusque seruantur.

Tenorius.

Hactenus dicta sunt tam certa, quàm quæ certissima. Et si verum est, quod dici solet. Quisq; suæ fortunæ faber est, in re domestica maxima eius dictæ veritas apparet. Vnde non possum non succensere quibusdam, qui te si forte videant vel ditem, vel non egentem, non cessant obloqui, & obgarrere. Si anulum non oppignores ad carnem (vt de nescio quo bene culto, & eleganti, oppignorant, ait non illepidus Poeta, ad modo Claudius in eadem rix octo rymis anulum vnde caneret.) quas non commiscuntur causas, quæ non interpretantur, quas ratiocinationes non effutunt. Vnde homini, inquit hæc

as-

affluentia rerum, vnde bonorum seges hæc succreuit? Quæ nauis incluta auro illius domum, oppleuit? quam gallinam domi alit ouis aureis secundam? isti tales metuntur omnes suo modulo parū attendunt vicini, cui inuident (*Et in duos vicini oculus*) magnam in re domestica diligentiam, subductas viuendi rationes, vitam castigatam, in negocijs industriam, & assiduum laborem, non aduertunt eundem in occupatio oculos gerere: adeo est in re sua circumspectus, ne fallatur, in summa eum hominem sanum esse non perspicunt; vt cautos, catosq; Satyrus apelauit: quemadmodum etiam Homerus viros publicos principesq; à fronte, & à tergo oculos non ita poetice, quàm verè effinxit.

Modestius.

Nil minimum uemus, quàm horum dicta, qui imantur aliena, & ad sua non respiciunt: sed si velis modeste respondere: nihil aliud respondeas, quam factum, seu excusationem industriæ, & laboriosæ agricolæ Romani in non

B 6

ab-

Quæ-
nal.
vtr. 7.

Marr.
l. 2. ep
57.

Adag.
col.
851.

Plin. 1. 18. c. 6. Plin. 1. 18. c. 6. ab simili calumnia. Caium Furium Cresinum dixere. * is olim Romæ crevitute liberatus, cum in paruo admodu agello largiores fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret beneficijs. Quamobrem à Spurio Albino curuli die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit: & adduxit filiam validam, atq; (ut Piso ait) bene curatam, & vestita, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. postea dixit, *Veneficia mea Quirites hæc sunt: nec votis possum ostendere, aut in forum adducere lucratori es meas, vigiliaeq; ac sudores, itaq; est profecto, opera, non impensa, cultura constat.* infert auctor, qui narrat factum. Sic omnium sententij absolutus. Eandem sententiam de te serent iusti rerum æstimatores (locuples, vel non egens fueris) si modo nouerint, nec negauerint tuam frugalitatem, & industriam, atq; in administratione rei

do-

Legis, si tā i est in- signē locum Adam Con- zent. 2. pol. 2. S.

domesticæ diligentiam. Hinc cen- seo ab auctore libelli de ratione ditescendi non in doctè effictam, narratiunculam de homine, qui ditari cupiebat, sed absque labore, vt res docet. Verum homo auri cupidus inaudierat; propè Lugdunum, montem reperiri cognomto aureum: ratusque ab innato auro monti factam eam appellationem, eò se confert, desertq; instrumenta auro excindendo accomodata. monti proximus agricolam offendit, interrogatq; an is esset mons, quem quæreret? annuit rusticus. Sed iterum auri cupidus agricolæ iudicium de instrumentis, quibus veniebat onustus, anxie requirit: quam apta scilicet viderentur? aptissima respondit. sed tantisper clanculum subrisit. deinde ad agrestem domum nouu hospitem inuitat: ad quam vbicū deduxit protensa manu vomere, ostendit, aratra, ligones, vannos, falces, & aliam huius generis rusticam supellectilem. atq; insit. His, amice, instrumentis non scalpri, dolabrisq; aurum huius montis ef-

fo-

Arist. 1. Eth. c. 8. Aims- rus Fal- colcus

fodimus, hoc est segetes auro ipso
 preciosiores, mons quippe non ob
 auri venas, & fodinas sed ob tritici
 feracitatem, & glebam restibilem
 aureus nuncupatur. Tum erubuit
 hospes, qui chrysophilus, tacite edec-
 tus labore, & industria omnia
 quæri: Sponte sua quod dicit se-
 gnes innasci nihil. Hinc pro-
 uerbia. *Ad mota manu fortuna
 inuocanda. D j facientes
 adiuuant. & ut quisq;
 rem accurat suam,
 sic procedere.*

Ex Vas.
 de re
 rust.
 Plaut.
 in Per.
 fa.



CVRA MINIMORVM

Cap. V.

*Anulus angustus non gestandus. Me-
 diocritas laudatur. Minuta impensæ,
 minuta damna non contemenda.*
*In re domestica summus ius summa
 crux. Paucis repetita magnam summam
 efficiunt. in Rep. minimorum auro est
 habenda. Minima ne inuito ne negan-
 tur. Errores in hac re. Principium di-
 miuium facti, verum etiam in minimis
 ob minimas causas saepe Resp. euerfas.*
*Neglectia in paruis, mater in-
 curia in magnis. Neglectis mi-
 nimis in fine dimium ap-
 pareri. Assidua eor-
 tis magni scilicet. Hac
 doctrina maxime
 pertinet ad mo-
 res.*

Novatianus.

Diligentiam pro dignitate
 commendasti, age nunc de-
 scende ad ea, in quibus debet ex-
 beri, certè non despici.

Modestinus.

Rectè petis, nam hic multorum sunt ruinae; qui licet in magnis industrios, & sagaces se venditent, in minimis diligentes esse paruiducunt. In hac tamen nostri sermonis parte præmittam ego auream gnomen Pythagoricam. *Anulum angustum ne gestato*, aiebat Samius ille, Senex: quod dictum in hoc sensu, quem innui, Plutarchus interpretatur; victus quidem, & rei domesticæ rationem habendam; sed parsimoniam nequaquam nimis adstrictam, Neq; enim boni oeconomici nomen feret, qui vel geniũ suum defraudat, vel domesticos parcè alit.

Qui thure superor, ipsũ s fraudat cibo

Pro rato igitur statuamus, vt in omni vitæ ratione, ita in cura, & administratione rei familiaris tenendam esse mediocritatem. Verùm sine offensione moniti Pythagorici alia nobis est oeconomicæ præceptio seruanda; quæ non tam instruet Patres familias, quàm viros, qui velint in politicis, & in

mo;

moribus proficere (hæc tria spondeo in breui particula nostræ dissertationis) nimirum in re domestica minima non esse negligenda, paruos sumptus, & minutas impensas non contemnendas. Neq; enim Clepsydra, cū postremò stillauit; ne marsupium quidem exinanitur vltimo detracto obolo; sed toto tẽpore quo decolauit humor, quo impensa pecunia est. Multis ictibus quercus deciditur. Minuta pluuia imbrem parit; multis riuulis colliguntur fluuij; lapsu continuo gutta saxum excauit. miles Sertorius caudam equinam, quomodo euellit? non totam simul, sed seorsum pilos singulos.

Adde parum paruo, paruo super adde pusillum.

Sapius hoc faciens magnum cumulabis aceruum.

Cecinit Hesiodus vt suaderet incrementa rei familiaris. nec Zenonis sunt dissimilia, vt aliquid fiat bene nasci quidem paulatim, sed tamen non esse pusillum. Atque hæc animaduersio generatim, vt dixi accommodari potest omni vitæ tam

pu;

Phædrus
Argum-
ta libri
ber.
fabula
27.

Plat.
in Socr.

Lib. e.
operis
& Diei
; Apud
Iacobi.
lib. 7.
e. 1.

publica, quam priuatæ: ad mo-
rum profectum in primis deriuatur.

Tenorius.

Habebis si recte memini (sed
semper risi) in hac cautione Theo-
phrastum aduersarium, cui hoc
summum ius in re domestica visa
est summa crux Vnde hominem,
qui minuta hæc respicit, reposuit
in numero tenacium, & sordido-
rum. Neque hilum proficit apud
eundem ea ratio, quam, vt augu-
ror, contra illum meditaris ex mi-
norum scilicet neglectu sensim,
si non statim magnas impensas
prouenire hac ratione Theophrastus
parum motu hominè, qui eadè se
tegeret, diceretq; *magnâ hæc non è
in anno summâ efficiunt.* Adhuc inter
sordidos recessit post eadè verba
in caractere sordidæ parsimoniz

Modestinus.

Non me latebat locus iste Theo-
phrasti, quem neq; de sententiæ
dimouerent illa Comici. Multæ
guttæ faciunt pluuiam. Verum
si domus, & Resp. analogiam te-
neamus; & auream, quod iterum
repeto, mediocritatem non obliui-

Thro-
phr. in
charac
sordi-
dæ par
simo-
niz.

scamur, debuit Philosophus iste
plus deferre præceptor Aristote-
li, inquam, qui hoc axioma oeco-
nomicum tanquam oraculum ad-
ducit, illustratq; in libris de Re-
publica, & pluribus in locis præ-
clare, & prolixè hoc prosequitur:
nimirum si Rempublicam saluam
velimus minimorum habendam,
accuratam rationem secus enim
pessum iuerit administratio pu-
blica sicuti res domestica, teratis
sumptibus quantumlibet exiguis.
In Rebus publicis bene temperatis sunt
eius verba, vt si quod aliud maxime
videndum ne quid fiat contra leges, &
exiguum maxime cauendum, oculis
namq; obrepit detrimentum, quemad-
modum facultates paruis sumptibus se-
pe iteratis duntur. Si hæc Aristot-
elis ratio inatio & politica cautio,
quam præcepto, & animaduersio-
ne oeconomica confirmat, Theo-
phrastum non latuisset, à magistro
non discessisset; neq; adscripsisset
sordidorum numero hominem,
qui domestica rei non indiligens
administrator minuta non negligit,
minima curat.

Arist.
lib. 5.
Polit.
c. 4.7.
8.

Arist.
lib. 1.
c. 8.

Sed in hac re, qui nobis aduersantur ob rationē ab ipsomet Aristotele datam decipiuntur. *Latet autem detrimentū*, inquit, Stagiritēs, *ed quod non fiat vniuersum*. Si viderent ex paucis, & iteratis impensis collectam summam, aliter sentirent, & licet hoc experiantur, tunc experientia nō prodest. Vnde qui hęc exigua profundunt, & alij, qui citra magnum detrimentum rei familiaris effundi possent, sibi que persuadent eos sumptus nihil aut per pusillum nocituros, quorum sit vnus quisque paruus, totis quadrigis conuolant ad egestatem.

Sunt alij, qui de genere largorū acutiores videri volūt, & hac captatione sophistica argumentantur. Si singula, inquit, sunt exigua, ergo, & omnia sunt exigua, constat enim ex exiguis. Sed nec Aristoteli, nec homini mediocriter in logicis versato responsio defuerit. Id enim partim esse verum, partim falsum respondetur. Nam quo ad singula, seu partes ex quibus totū constat, dici potest exiguum: non

item

item quo ad se, hoc est si tota collectio attendatur, vel aliter occurratur. omnia distributē, & ratione partium exigua dicantur, collecta in vnum non item. Hoc etiam est, quod idem Philosophus in iisdem etiam politicorum libris definiit expressē, de exiguis locutus. *Mala parua* (hoc est singula) *vix cernuntur, acta* (id est in vnum collecta) *incurrunt in oculos*. vix est credibile quantum huius præcepti rationem passim habuerit. Idem enim alibi inculcauerat adducto exemplo è Rep. Thuriorum, quā perdidit vnus legis mutatio. Sed fusior fuerat alio in loco, in quo hoc velut axioma constituit. *Exi-*
stunt motus non de paruis, sed ex paruis rebus: sunt autem de magnis, & potestius. Est enim peccatum in principio, at principium totius dimidium esse dicitur; quæ omnia luculentis comprobant exemplis. nam ob causas minimas, sed quia neglectæ, septē Resp. euersas memorat, Syracusanam, Hestiensem, Euboeam, Delphensem, Mytilenensem, Phocensem, & Dyrrachinam Idem

Arist.
lib. 6.
polit.
c. 4.Lib 5.
Polit.
c. 7.Ibidē
c. 4.

eueniet in nostris familijs, quæ sūt
exigua Republicæ.

Tenorius.

Consultò obieci Theoprasti lo-
cum, vt hæredè Peripateticæ doc-
trinæ ijs rationibus confoderes,
quas eiusdem sectæ auctor, & pa-
rens Aristoteles suis scriptis confi-
gnauit. tecum ego sentio, & si pa-
tieris, habeo etiam eiusdem philo-
sophiæ quædã lumina (& ex ea-
dem schola) quæ itidem illustrent
à te hæcenus dicta. *Leuis initio er-
ror, dixerat Peripateticorum Prin-
ceps, progressu temporis, & paulatim
infinitis paribus fit maior.* Simile est
omnino, quòd in eandem senten-
tiam alibi dixit. *Parua permutatio
quæ fit in principio magnas, & multas
facit differentias procul.* Quæ omnia
scû physicè, seu politicè dicta ad-
ministratiõni domesticæ accomo-
dantur. Vnde vt iterum repetam,
tuam sententiam mordicus defen-
do: & teneo minutas impensas nõ
esse contemnendas Imò animis
mentibusq; mandate, quid de hac
re olim cogitabam: Parui sumptus,
sed neglecti non solùm labem, &

per-

perniciem rei familiaris iutehant,
quod simul collectæ, & in vnum
redactæ non mediocrem summam
interdum conficiant, sed quod eà
conniuentia in minimis afferat in
maximis incuriam. Non meministis
quod docent Theologi? peccata
leuia in lethalia præcipitare, licet
ipsa conglobata vnũ non efficiant:
Nonnè acutè dixi.

Modestinus.

Acutissimè, Tenori, Rem po-
teris seruare tuam: & licet videat
Soli inferre lumen, in Syluam li-
gna importare, dabo tamen mex,
& tua opinioni vnum, & alterum
luculentum socium. Hæc incom-
moda ex neglectu minimorum
agnouit Demosthenes in vtraq;
gubernatione, priuata, inquam, &
publica. Is enim in quarta Philip-
pica hæc habet locis Aristotelicis
supra adductis per bellè concinẽ-
tia. *Quemadmodum in priuata vita,
sic etiam in Republica desidia, & so-
cordia quotidiana non in singulis statim
vt quidquam est neglectum animaduertitur,
sed in summa rerum tandem
apparet.* Pari etiam prudentia Pla-
tar-

tarchus in vita Cæsaris nos monuit nullius rei initium esse paruum existimandū, quod magnū statim redditura sit assiduitas, licentiā, & impunitatē ex sui cōtēptu nacta. Sed inclamat altius Panegyristes, atq; *O q̄ paruis veniūt sūna mala principis.*

No uatanius.

Vt vester hic excursus de cura minimorum sit ex omni parte absolutus, nollem præteriri monita, & auctoritates, quæ de re eadem, sed in vitæ, & morum profectu dabat mihi adolefcentulo sacrorum affectuū magister, dū me ad pietatē informabat. Agmen ducebat illud Ecclesiastici. *Qui spernit minima, cadet.* Huic dicto affines grauelq; sētētias addebāt et patres doctrina, & sanctitate illustres: Bernardus Gregorius Magnus, & Nazianzenus, alijq;

Modestinus.

Videremur si protioxiores essemus cōpilasē tractationē nescio cuius, quæ ut audio de cura minorū cōmēntariolū cōfecit, quæ libellū ego nūquā legi: in eo hæc q̄ dicis, & multo plura coaceruari censeo. Nos pro nostro instituto satis plura diximus; ad alia pergamus.

FRV-

FRUGALITAS, ET PARSIMONIA.

Cap. VI.

Homo frugi omnia recte facere, cur olim dictum? Frugalitas optimum, & frugalis sumptibus sufficit. Cato parsimonia, & agricultura rem quasiuit. Ratio personæ habenda. Modus in omni re: tibi dimidiati an seruandi. Xenocratis caseolus. famulo ob rem fractam an ex dimensa detrahendum. Res vendenda. Obsoniorum pretia quibus expriment gemitus. Officiū boni œconomi.

Hominis sordidæ

varie actionis referuntur.

tur.

Modestinus.

Post curam minimorum in administratione rei domesticæ, Domini præsentia in suo negotio perficiendo coniunctam cum non mediocri diligentia: suadenda est

C

Au-

Aulico nouitio, & Patri familias frugalitas, & parsimonia. quid enim profuerit tua inspicere diligenter, & minimarum rerum accuratam rationem habere. si deinde parum parcus & minime frugalis parta non tueris: quod opus difficilius est, quam rem acquisiuisse. legisti opinor. aureum libellum de ratione, qua quis ditescere possit; in dialogi modum est conscriptus, qui in eo agit auri cupidum Chrysophilus, vt ante dixi, appellatur: sed homo vt ditesceret, quas artes non arripuit, quod vitæ genus non est expertus. vitam publicam vixit priuatamq; & militarem, coelebs, maritus, iutor, Aulicus, sacerdotia ambiuit: professus est scientias quamplures: Astrologum etiam egit, expertus est etiam quid efficerent figuræ Astronomicæ, Alchimia, lapis philosophicus, sigilla eius artis, Herbaræ, & alia deliramenta. Quæstura, mercatura, ius Cæsareum, & peritia medendi hominem distinguere. Sed post hæc, & alia ditescendi genera nullum efficacius inuenit,

fru-

Frugalitate, & Parsimonia, quas virtutes in Hetruria sanctissimè coli obseruauit post peragatas plures nationes, & quidem maximo bono eius gentis, quæ non tam mercaturis faciendis, quam vitæ frugi, & parca opes coaceruabat, cedentes foro quam rarissimè, quam in re Florentini Ligures superant. Appositè Poeta ille, & simul Philosophus.

Lucret.
lib.5.

Quod si quis verè vitam ratione gubernet.

Diuitiæ grandes homini sunt viuere parce.

Aequo animo, nec etenim est vnquam penuria parui.

Nec fallit nec fallitur, qui dixit.

Prouer.

Frugalitas auget opes: vt taceam pleuraq; in eodem sensu verissimè dicta. Solùm addam nõ inficeti virtutem considerationem. nimirum Frugalitatem omnibus esse pro vectigali. Seruis ipsis, qui nihil habent in bonis: si quid vt est apud Terentium, suum defraudantes genium comparserint, & successiui temporis diligentia quæsiuerint, id aliquo modo esse ipsorum. Quæ ob-

C 2 rem

rem Nouatianē in primis tibi Frugalitas, & parsimonia est colenda: vtraque hæc duce Aulæ cursum feliciter confeceris. Neque enim hominem frugalem admirari debemus ob moderationem solam, quã adhibet in sumptibus, verum etiã propter ceteras, quas includit in se virtutes. *Reliquas virtutes in se*

Cic.
Tusc.
3. & 4.
& pro
Fœc.
10.

frugalitas continet; ait Oratorum Princeps, *quæ nisi tanta esset, & si ijs angustijs, quibus plerique putant teneretur, nunquam esset L. Pisonis cognomen tanopere laudatum. Et nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud peruulgatum esset, ut iam Proverbijs locum obtineret: Hominem frugi omnia recte facere. Sunt quidẽ nobis tenues facultates, aiebat alius, sed quod cessat ex reddito, frugalitate suppletur. Cato maior interrogatus vnde sibi rem parasset: duabus, inquit, rebus Agricultura, & Parsimonia. Hinc Parsimonia optimum vectigal fuit visum, vel politicis, & tantas vires obtinere, vt ea innixus Princeps sumptibus domesticis, & publicis erogationib⁹ sufficeret: inquam sententiam infinita dicta, &*
Apoph-

Idem
Tusc.

6. Plin.
lib. 7.
epist.
4.

Apophtegmata posse coaceruare, nisi viderer assuere centonem.

Nouatianus.

Sed ego vereor, ne hoc frugalitatis velo, & laudabilis Parsimonie auctoritate multi tegant, & defendant suas sordes.

Modestinus.

Si quis est mediocritatis amans in sumptibus domesticis, & gubernatione familiæ, eum ego me profiteor: vnde homo, qui vult audire œconomicus, & non sordidus pro diuersitate suæ conditionis diuersam rationem in sumptu, & supellectile, reque alia domestica debet inire. Certa regula tradi non potest. Et quoniam occasio sese offert, iterum repeto, quod monui superius; modum omni in re esse optimam mensuram actionum humanarum, quæ cum sint diuersæ pro diuersitate personarum, diuersus etiam erit adhibendus: Vnde quod in hoc homine laudẽ, in alio reprehendam.

Tenorius.

Damnabis igitur cum Theophrasto hominem, qui dimidiatos

Theo-
phr.in
char.
impu-
ritatis

*r*aphanos, si qui forte de mensa tollan-
tur notat: ne eos pueri ministrantes ca-
pian? vt idem ait in caractere
impuritatís?

Modestinus.

Quippin? non sunt hæc nisi ho-
minis fordidissimi.

Tenorius.

Cur ergo licuit Tiberio Cæsari
diebus etiam solennibus pridiana
sæpe obsonia, & semesa apponere
suis, imò quoq; sibi dari passus est?
Didius etiam Iulianus Salutij Iulia-
ni I. C. pronepos, Consul cum
Pertinace, & deinde Imp. porcel-
lum, leporemue ad se missum in
triduanas cænas est partitus. Po-
tuere scèdius peccare isti tales re-
rum domini, qui hæc analecta sibi
seponebant, quàm homo tenuis
fortunæ, qui sibi raphanos in sub-
sequentem cœnam adseruaret.

Modestinus.

Forte fortuna, vt antea innui
pro conditione hominis pauperri-
mi hoc non esset semper illauda-
bile. Sæpè numero tamen hæc for-
didè facta vituperantur maximè
in viris principibus. Augustus vix

lau.

laudatur, & ne vix quidem excu-
satur, quod amicis non nisi terna,
ad summû sena fercula exhibuit,
cum abundantis simè. Sed vt non
nimio sumptu (Sunt verba & excu-
satio Suetonij) ita summa comitate.
Alexander Sæderus parcior, cuius
ferculum diuturnum gallinæ oua,
& adhibitus festis diebus anser.
Capitolinus etiam refert, & sigillat
in Pertinace (licet in vita priuata)
diuidiatis lactucas, & carduos ap-
positos cõiuuis. Et, nisi quod mis-
sum esset edulium, nouem libras
carnis (quotquot essent amici) per
tres missus ponebat: si autem plus
aliquid missum esset, etiam in
alium diem differebat. Imperator
vero factus, si sine conuiuis erat, e-
dem consuetudine cœnabat: amicis
si quando de suo prandio mittere
voluit, misit offulas binas, aut
omasi partem, aliquando lumbos
gallinaceos. Fasianum nunquam
priuato conuiuiocomedit. Fictilia
etiam Seueri nõ effugerunt repre-
hensionè: Agathoclè, quod abacû
Samio luto oneraret, alia causa ex-
cusauit. Sed nõ modò viros Prin-

ca. 74.

Lam-
prip,
in eius
vita.

Alex.
ab A-
lex.
lib. 5.
c. 21. ex
Sueto-
nio in
Tibe-
rio.
Hæro-
dian.
in Iuli-
ano.

cipes priuatos etiam dedecent hæ
sordes. Xenocratem planè sigillat,
quòd obsonia iam rancida facta
(ob edendi procrastinationem) sæ-
pissimè abiecerit; & quod non ra-
tò euenerit, vt cum cadum aliqùè
relinire, vellet vinum in acorem
versum reperiret. Vndè *Xenocratis*
caseolus abiit in prouerbiū. nota
sunt etiam scommata. *Matualis* in
Rufum maximè, & in *Nauiam*,
dà vterque in conuiujs, quæ exhi-
bebat, nullum, & leporem sibi
seponebant, & crudos esse causa-
batur. quòd olim ego animaduert-
ti factum à quodam, qui assatum
ex industria Gallum *Aphricanum*
non bene coctum afferri fecit: par-
tes extimas conuiuæ comedere,
cæteris subsequente die alium par-
ticipauit.

Tenorius

Tecum ego sentio in hac parte,
neq; enim sorditiem vnquam sus-
cipiam defendèdam. non possum
tamen acquiescere affatis quibus-
dam *Theophrasti*: cui licet assen-
tiam in definitione sordidæ parsi-
moniæ, quam dicit esse studium,

par-

parcendi sumptibus ultra modū;
non probo tamen quædam ex ijs,
quæ deinde infert. In primis sor-
didum censet hominem si *famulus*
ollam, aut patinam fregerit, & is de
eius dimenso tantum detrahat, quanti
erat, quod fractum est. Non nego
Ioannem Casam Theopraſto suf-
fragari. Qui verò ait alicubi largus
iste scriptor, aut dimensum, quasi
seruis exiguè, sordideq; præbent;
aut si quis quid commiserit, si quis
vsquam cessauerit, id cibo, & po-
tione subducenda vindicant, dup-
pliciter reprehèdèdi sunt: & quod
illorum in se cum odia, tum etiã
voces irritant, à quibus diligi, co-
lq; velint, & quod per quos lau-
titiã magnificentiãq; ostentari,
elucereque volunt (nullam enim
aliã ob causã tantos suscipiunt
sumptus) pereosdem illorum sor-
des, auaritiãq; detegitur atq; effertur.
Adhuc tamen his non permo-
ueor. Quid ni enim hoc licuerit in
tempore? certè aliquando est ne-
cessarium, vt famuli hoc metu sint
diligentiores. Aequale crimen
illi videtur eius hominis. *Qui calq;*

*Theo-
phr.
in cha
rect.
sordi-
dæ par-
simo-
niæ.*

*Marte-
lib. 3.
& 7.*

BRV

ces medio die exuat. quid peccati
 continet hæc cautio, si alias crepi-
 da, & hiberno tempore ficciores
 sibi assumat? Neq; capio cur ar-
 guat alterius diligentiam, qui cum
 Fullonibus obrucè agat, ut ad poliendâ
 suam vestem creta multum adhibeant,
 ne sordes facillè contrahat. an igno-
 ritur fraudes artificum, & quam
 facillè nobis imponant? Neq; de-
 mum iniuste, adeoq; nec fordide
 agere videbitur optimo cuiq; is
 homo. si quis quid veniat, tanti vendit,
 ut emptiori ea res cedere bono non queat.
 agit enim qui vendit, negotium
 priuatum, quod quo melius perfici-
 cit (si modo intra iustitiae fines
 se contineat, & citra fraudem ope-
 retur) prudentius agit. fixum est
 apud me Theophrastum in sordi-
 da parsimonia vituperanda accu-
 ttiorem videri voluisse: vnde hæc
 in nota immeritò generatim illau-
 dauit. Dubium est etiam apud rei
 œconomicæ peritos vtrum liceat
 aliquando, quod eidem philoso-
 pho non arrisit. Dum enim homi-
 nem sordidum suis coloribus de-
 pingit, de eodem hæc subdit, tan-
 quam

quam parum honesta. *Iam quæcūq;
 ei qui piam fert impensa, & separuo
 empta, nimio tamen constare dicit.*
 ego plane.

*Non laudo hominem, obsoniarum
 pretia cui gemitum expriment.*

Sed interest interdum famulos
 obsonatores increpare, ne edulia, &
 quæ in foro emunt magnò emant.
 Arripit œconomicus, & paterfa-
 milias extrema interdum. ut sem-
 perteneat media. Nonne Xeno-
 phontis philosophi celeberrimi
 præceptum tale, vel quod non
 ablutit, legimus, oibus rei dome-
 sticæ studiosis animis mentibusque
 mādādū? cuius ipse tamen auctor
 videri non ambijt. *Iubent, sunt
 eius verba, rei familiaris administra-
 tores boni. nec emere, cum magni quip-
 piam precij licet exiguo comparare.*
 Quid ad hæc respondeat Theo-
 phrastus? non satis est Xenophon-
 ti si paruo emas, exiguo vult emi;
 Modestinus.

Hoc Xenophontis præceptum
 ad explicandum officiū Œcono-
 mi mihi videtur saberrimum:
 de quo posterius aliqua dicam, &

Phra-
 dus
 Aug.
 libert-
 in fa-
 bula
 27.

Xeno-
 ph.lib.
 2.
 memo-
 rab

& cum censura seu iudicio nostrorum Theologorum: vt sciamus quantum sit illi deferendum citra notā iniustitiæ. interea Theophrastum (licet à me paulum perstrictus sermone ante dicto) à tuis accusationibus volo vindicatū: quē nolim à te tam asperè vapulare, tum ipsius Philosophi existimatione, qui Aristotelis discipulus Peripatetica sapientiæ fuit hæres nuncupatus, eiusdem Stagiritæ tacito iudicio, vt probe nosti, cum etiam amore tui nominis, qui nisi Theophrasto sis aduersatus ingenij ostentatione, videberis vnus è sodalibus eius societatis, cui Acusatoris nomen fecere. Nosti opinor libellum Italicè scriptum, imo (ita censeo) nocturna versasti manu, versasti diurna: ego ad primā, & secundam paginam stromachatus, illum reieci: licet ingeniosè scriptus videretur.

Et licet forum Romanum accusatori duas horas dederit, tres verò reo cōcesserit, ego tamen pro Theophrasto in pauca respōdebo. sint illa apud te ambigua, & quædam

dam, cognitionem habeant cum sorditie, pro temporis, loci, & personæ diuersitate sunt tenenda, & interpretanda; sed te nunquam credam tam tenacem, mi Tenori, vt pari confidentia velis improbare alia eiusdem auctoris, quasi verò de ijs nō rectè definiert.

Tenorius.

Cedo ista. Nam extemporanea, quæ respondeam, forte habuero.

Modestinus.

Nonne Theophrastus rectè inter homines sordidos recēset eū primo qui sicum de suo horto neminem gustare siuerit. Nonne etiam iure appellat sordidè parcum alium 2. Qui à sodalibus apud se conuiuia agnare solitis, tanquam pro menstrua pensione semiholum exigar? 3. vel qui neminē per fundum suum irinsire, aut caduam obuiam palmulamque auferre permiserit. Demum 4. Qui populares conuiuio excipiens minutis carnes apponeis; quumq; ad obsonandum exierit, sepe vacuus domum reuertitur? merico etiam reprehendit in eodem characterē sordidæ parsimoniz homi-

Theo-
ph. l. c.

nem

nem quem videre licet vestes gestare intra quam modicas. Nam vestium ratio maxima est habenda: vel primis nostræ religionis temporibus cultum, & vestitum non sunt aspernati Christianæ disciplinæ moderatores: quem in Antistite populi commendarunt. sic in Episcopo præter animum benè moratū, corpus decet ornatū voluere: Augustos Augusta decet.

Tenorius.

Non omnes mihi sordidorum hominum notæ sunt eluendæ: aliquas è Theophrasto iniustas immeritò fuisse cum aliqua probabilitate contendi. Adhæc, quæ dixisti, ex tempore, vt sum præfatus, respondeo. Potest euenire vt parvus admodum sit agellus, exiguus sit hortus, qualè ego cuiusdam amici in vicinia aspexi. Subinde enim meminerat viridarij domestici: volui videre quàm bene esset cõsitum, & quibus arboribus. Sed præter humilem caprificum feliciorum non aspexi. Deinde quid si amici illi symbolas conferrent? inspicendum esset, quid initio

con.

D. Pau
1^o r. ad
Th. ff.
c. 4.

conuenerit. 3. Postremò transitus per sũdum minimè vtilis censetur imò perniciosus: cum ex eo iterato sæpè introducatur seruitus: quid ni ergo prohibere licerit si ne nota? Non ne Iurisconsulti in hac re diglantur? 4. Minutas carnes conuiuis apponens frugalis potius quàm sordidi nomen ferat. paratu facilia sanitati conducunt. Non ne legibus olim vetitū apud Romanos apponi ad prandium Gallinas lacte pastas? Vnde Lurcones, vt legi fraudem facerent, gallinaceos pullos lacte, & farina pastos apposuerunt? Quid mirum etiam si homo è foro aliquando domum redeat vacuus obsonijs, quæ sæpè mirum quantum veniunt, & tuendæ valetudini parum conferunt, si non obsunt. Vestes contractiores quàm deceat non excuso: nisi si viarum immundities eas tuctur. vel in magnis Urbibus hoc incommodum non vitatur. Luce-tia à luto est dicta. Quam nuperis annis nec lege quidem lata populus Parisiensis mundam potuit videre. Eam enim legem vix dum

Rodr.
Boter.
lib. 2.
remm
Galli-
earum

natam senectus inuasit. Vnde scriptor Gallus post huius rei enarrationem in hæc verba exclamauit, leges in Gallia figuntur, & refiguntur, & post triduum veterascunt.

Modestinus.

Theo-
ph. in
char.
Rustic.

Præfers ingenij tui acumen. Sed illa alia duo, quæ sigillat Theophrastus in charactere Rusticitatis scio auersaberis, licet natura tua velis tenacior videri. Primùm quando homo parum humanus. *Aratru si cui forte vitendum dederit, aut cophinum, aut saccum nocte inemptis illum reperet: si per insomnium fuerit recordatus. Alterum si fassamenta accipere, & portare ipse moris habeat viroque hoc factò quid fieri potest illiberalius?*

Tenoris.

Verissima sunt quæ dicis; & hæc non efficiet nisi mulio, aut bubulcus in hominem honestum non cadunt aratrum, cophinus saccus res ipsa; & auctores loquuntur; qui nam hæc faciant nisi abiectæ conditionis homines? Verum, si ex ijs recedamus, & alia consideremus, quæ commodantur, non ne-
quo.

quorundam impudentia interdum fit, vt impudentes ipsi videamur repetentes scilicet commodata; sed impudentiores ipsi censentur, qui factò causam dederunt. hæc pro primo, secundum de fallacientis vereor vt Venerijs non illaudaretur, in qua Vrbe Senatores amplissimi, qui præcæ nobilitatis Romanæ reliquias se ostendunt nõ verecundantur ouillam in foro cemptam suis manibus domum asportare. ita producti testes oculati, & habeo auctorem lepidissimum, omnium elegantiarum patrem, qui bellissime hoc describit. Ecce ipsum libellum, quem in sacculo semper mecum circumfero, vt habeam quando sum solus, quo me oblestem. Tu Nouatiane, ne graueris legere.

Nouatianus.
Libenter aeuuam. Nam adhuc statua taciturnior hiscere non sum ausus, licet ex hac disputatione, non mediocrem perceperim utilitatem.

Sed cū in medio foro nouus hospes ambularem, oculosq; ad publicam

Locus
Ioan-
nis Bar-
clai po.
2. Eup.

blicam pulchritudinem sustuliffem, fortè quidam in pessima veste, caputq; dimidiato orbe humiliter tectus, in me incuriosus vagantem superbissimo ictu offendit. Ego tanquam de altissimo excitòr somno, contemplatusq; vilem habitum, non sustinui decedere precipienti. At ille vt dextera ouillæ fustum tenebat. fortissimè in oculos nihil tale cogitantis impexit. Perturbatus, & prater commune iniuriæ dedecus perfusus quoque verecundia, quod indignum certamen mihi cum quo iudicarem, repente multitudine incingor, interrogatusq; num in ea ciuitate habitassem? postea quam me externum confirmauit, grauioribus quidem pœnis ereptus sum: cæterum seueritate verborum non perfunctoriè castigatus. ille autem non modico fastu ouillam suam quatiens, per adorantè populum vagus, tandem olus etiã mercat^o impleuit laciniam vestis, seque in scapham coniecit, quam in proximo religauerant nautæ. Ego me in diuersorium turbatissi-

ma mente recepi, stabuliq; dominum rogauit, num in illa ciuitate præfecti culinarum imperant: agnito ille errore intemperanter risit, & quem inter abiectissimos numeras, inquit, ab origine pene ipsos Deos recenset. Nam hic genus optimates profitentur non stipatorum agminibus, aut habitu ad nouitatem mollis elegantiæ correcto, sed secularium vestium constantia: vt tales agnoscamus, quales ipsi maiores in imaginibus ostendunt. adeò cõsuetudini apud illos est reuerentiã: nec si belis attrituissent orbis opes, aut triumphos inuenirent ad luxum, aut manipulare scœnum in Aquilam mutarét. Cæterum videbis macella pererrantes, nequilla ad quæ stomachus conquebit pudor est ad penates nobilissima manu deferre. Et his moribus nostri quidem nobiles nomen libertatis indiderunt. Sed externi rusticitatem horridè vetustatis, vel ignobilis negotiationis vestigia lepidissimis iocis infamant. Hactenus auctor Euphormionis Lusinius.

Modestinus.

Theo-
phr. I.
c.

Sed quid ad illa respondebis,
Tenori, quando vir auarus uxori
solet edicere, ne cupiam *Salcm, aut
ellyphinium, aut cuminum, aut origa-
num, vel etiam farris quicquam, et el
corollam ullam, vel libum illum cō-
modet?* Nam sunt hæc hominis te-
nacissimi quemadmodum illa
Euclionis.

Plaut.
in Au-
lular.

*Cave quemquam alienum in ades
intromiseris.*

*Quod si quisq; ignem querat, extin-
gui volo.*

*Ne causa quid sit, quod te quisquã
queritet:*

*Nam si ignis uiuet, tu extingue
extempud.*

*Tum aquam aufigisse dicito, si quis
petat.*

*Cultrum, securim, pistillum, mor-
tarium,*

*(Quæ utenda vasa semper vicini
rogant)*

Fures venisse, atq; abstul se dicito.

*Profecto in ades meas, me absente,
neminem.*

*Vold intromitti: atq; etiam hoc præ-
dico tibi,*

Si

si bona fortuna veniat ne intromiseris.

Tenorius.

Nihil solidi habeo ad defensio-
nem: sed heus tu! occurrit præ-
ceptio quædam Catoniana: Cato,
inquam, inter prima villici officia
hæc suggerit. *Iniussu domini credat ne
mini. Quod dominus crediderit, exigat.
Satui semē, cibaria, sar, vinū, oleū mu-
tuū dederit nemini. accomodari hæc
possūt homini, qui parū libens mu-
tuetur.*

Cato
de re
rust. c.
4.

Modestinus.

Multominus suppetent, quæ di-
cas pro re alia fordide facta præ-
ter fordes videbis iniustitiam. Nā
Theophrastus inter cæteras notas
hominis fordide parci hanc recen-
set. *Porrò autem, sunt eius verba,
debitum si quis die præstiura non sol-
uet. pœnam pro mora, atq; adeo, usurã
usura solet exigere. Quid non for-
didj, & iniusti continet hæc actio?*

Theo-
phr. in
chara.
effere
fordi-
da par-
fimo.
uiz.

Tenorius.

Parcius ista, nam vt tu melius
nosti multa implicantur in hac re
à Theologis enodanda. Scite de-
beremus quid initio conueniret.
quod an conuenire deberet petē-
dum esset ex mutuantis conditio-

ne

ne; facer homo fit, an profanus; pecuniam expositamne habuerit negotiationi, an secus. damnum auenerit ex mora solutionis, ne dū lucrum cessauerit: non sunt hæc huius loci. Sed an habes aliud huius generis?

Modestinus.

Alterum sordidissimè factum tibi dabo. Si homo vinum vendens etiam dilutum amico dabit. ita loquitur in caractere imputritatis. Quonomine malè audisse Athenienses obseruat, qui in eodem Theophrasti characteres librum commentarium confecit.

Tenorius.

Nescis quomodo Alexis comicus in Astoto faceret excusat hoc facientes? Negat enim id lucri causa homines facere, sed sanitati eumentium consulere, vt ne possint mero potato morbi causam contrahere.

Modestinus.

Sunt isti ioci Poetici, & hic frigidiusculus apparet. Melius hoc factum aliquis tueretur opinione quorundam Theologorum, qui

putant licere vino generoso aliquantulum aquæ infundi, si modo non efficiatur deterius vino vendibili in cœnopolij; vel si tantum pretio descendas, quantum aqua infusa vini bonitas decreseit: cum vna tamen ex altera restrictione, quas ab iisdem petas. Sed attende alia duo, quæ bonus vir sine iustitiæ offensione non quit efficere: ea aduertit idem Philosophus. *Phidonia mensura*, ait, *si quid metitur, eam adhibet, cuius sit fundum colisum, & introrsum adactū.* en aliud paris furacitatis. *Domesticis suis si triginta minas soluere debes, vt tuor tamen drachmæ de solido desiderentur operam dabit.* Sunt hæc latrocinandi artes, non rei domesticæ administrandæ. cum summa iniustitia semper sunt coniunctæ, eas caueamus, & alia sordidè facta, quæ recensui, & tu voluisti tutari, non quòd ita sentires, sed vt ingenium ostentares. Frugalitati, & Parsimoniam litemus. sed citi a fordes, & auaritiam.

11. nu-
82. li-
cet al-
ud di-
xerint
Reb. 1.
Lectf-
ma,
Salas
Meli-
na, Me-
Nua.
Rod.
Azor.
apud
Dianæ
in ref.
moral.
tract.
de cõ-
tractu
resol.
53. lege
Hom.
de cõ-
Ecc. 10.
2. tract.
9. c. 4.
9. 8. Sa-
las de
empt.
dub.
34. r. 4
Turr.
in 2. 2.
Thom.
2. disp.
58. du.
6. p. 1
Dispa
l. c. re-
sol. 1. o.

Id. m
in cha
racterè
imp.

Causa-
bonus
l. c.

Lopez
in in-
struct.
p. 2. c.
47. alias
102. 10.
de la
Cruz.
in dj-
rect. p.
p. 2. c.
7. q. 7.
dub. 6.
coro. 2.
lect. de
iust. li.
2. c. 21.
dub.

EMENDA, ET VENDENDA

Cap. VII.

De pecunia non gloriandum. Quatenus curanda sit res domestica. Quo pretio liceat emere, quid in foro, quid sub hasta. Non esse emacem vectigal est. Pater familias sit vendax, non emax. Ase est carum, quod non est opus. Mala emptio ingrata, semper poenitet. Præcepta bene emendi. Nec cupidè nec subitò, sine calore. Quid Iuriconsulti statuunt. Periti adh. vendi. Vitandi competitores. Quid fecerit, & dixerit Cicero in hac occasione. Emptor an illaudet rē emendam. Pecunia præsentis an credita sit emendum. Emendum die coeca, vendendum oculata, quorsum dictum. Pecuniam expendendā dominus an famuli tractent, & enumerent. Præstent simul omnia emere, an in dies. Factum Periclis, & Iudicium Plurarchi.

Novatianus.

MVita didici ex vestra concertatione eruditionis, & acuminis plena. Non paucas de re œconomica præceptiones tanquā in fascem collectas domū reportauero: perspicio iā ex vestris monitis, quid sequendum nobis sit, quid fugiendum vt frugales simus, ne sordidi videamur. Sed optarem etiam his primis diebus ingressus mei in Aulam Hispanam emendarum rerum rationem aliquam, mihi proponi. Nam vt scitis, multa vensilia sunt mihi emenda (sepono victum quotidianum) è patria vix paucos libros attuli: cætera non aduehenda curavi: deteritus vecturæ & vectigalium magnitudine, quæ re vera sum expertus in reculis necessarijs immensa, & supra fidem, cum trium regnorum publicani me emunxerint. Nā Barcionem appuli, & per Aragoniam Castellatorum fines sum ingressus. Quem iocum putari festiuissimi ingenij puram putam ve-

ritatem sum expertus. Antonij Guevaræ libellum perquam lepidum, & ingeniosum Hispanè scriptum legebam, vt leuarem nauigationis tædium, eiusdemq; callerem remedia (agit enim de inuentoribus nauigationis, & laboribus tiremis) atq; simul linguam Hispanam addiscerem: in in eo tradit vectigal soluisse Barcinone (& Carolo V. à sacris cõcionibus erat) sed è qua re? præstat audire ipsum sua lingua loquentem, ne sermonis gratia depercat, subdit enim post non inficeras quarimonias. *Y por que no pãrezca, que hablamos de gracia, à ley de bueno yuro, que por los derechos de una gata, que truxo de Roma, me lleuaron medio real en Barcelona.* Sed vt redeam in viam è diuerticulo, quamuis tenui supellectile instructus huc aduenerim, ad amplam tamen cœmendam, domumq; eã instruendam pro dignitate, habeo pecuniæ non mediocrem summã per syngraphas transmissam: præterea supererit aliquid in oculis ad necessitates ingruentes.

Gue-
nara
ca el
trata-
do del
arte de
merc.

Te-

Tenorius.

De pecunia hic noli gloriari, No- uatiane, ob duo; nã primo vix cre- di potest quàm facillè dissoluatur. Vid isti aquæ ingentes bullas cum pluuia e Cœlo candida præcipitatè quàm repentè subsidunt? sic argẽ- ti cumulum tanquam spumam vi- debis euanescere, simulac sumptuũ fluctus decumani insurgent. Dein- de si te benè nummatum odora- bunt, multos canes venaticos pa- tieris, vix; ac ne vix quidem abiges accipitres tuæ pecuniæ. At muscæ mel sequuntur, non hominem. Sed de hoc posterius, tu interea, Mo- destinere, tuo pœnu cœo nomico profer aliqua de ratione rerum emendarum.

Modestinus.

Huc caderet supra adductum à te præceptum de præcipuo offi- cio boni œconomi, quod ex sentẽ- tia Xenophontis in eo multis visus est consistere, vt res magni præcij paruo emat. Non tamen debemus vsq; adeo persequi bonum dome- sticum, vt obliuiscamur regulas iustitiæ. Nam oppono eiusdem

Xeno-
ph. in
œcon.

D 2

Phi-

Philosophi grauem, & dignam
Christiano pectore sententiam.

Agricola (ait ille, ego dicerem,
paterfamilias) *eatenus ad rem au-*
gēdam attentus sit, quatenus id Dii per-
mittunt. Neq; enim licet emere
precio vilissimo: cuius diuisionem
ego memini in summum, medium,
infimum: quo postremò licet qui-
dem emere, non item si eo exci-
damus. Verùm in hac re diligen-
ter est inspiciendum, vt dignoscas
quantum distet ab vtroq; extremo
ab infimo, inquam, & supremo
ipsum medium, quod vt assequaris,
hanc amplectere distinctionem.
Nam si in foro emis, medium à suis
extremis parum distabit. Sit enim
ipsum medium decem, tum supre-
mum erunt vndecim, infimum
nouem. Eatenus à nonnullis video
rem restrictam. Quod si res sint
vanales sub hasta, & voce præco-
nis distrahantur in hoc etiam ge-
nere emptionis tria illa pre-
cij genera seruabis. Sed cum hac
differentia, quod medium in em-
ptione huius notæ longius dista-
bit à suis extremis. Sit etiam decē:

tunc

tunc supremum erit quindecim,
infimum verò quinque: porrò
definiunt Theologi licere in hoc
euentu, vel emere hoc precio infi-
mo, vel vendere supremo. Nec
deest, qui dicat si sub hasta, & vo-
ce præconis res vendatur, posse
vendi precio quàm maximo po-
terit: & si contrariorum eadem est
ratio, emi longè vilissimo. Adhuc
tertiam iusti pretij partem (an-
infimi) iure detrahunt alij, &
multi dimidiatam, quoties merces
est vitronea, & quæ emptorem
rogat. Sed descendamus à Theo-
logis ad œconomicos.

Quod te in primis monitum
volo est, vt ea tantum emas, quæ
sunt necessaria personæ, quam su-
stines: reseces superfluas; non enim
obuia quæq; licet pretij tenuitas
inuitet, sunt nobis comparanda.
Vis tibi patefaciam vectigal pau-
cis notum? vis aurum domi tibi
condam? obaudi monitum effo-
sum ex thesauris Ciceronianis.
Non esse emacem vectigal est. quod
tamen ille ex aurifodinis Catonia-
nis est suffuratus, vel mutuatus.

D 3 hu;

Bonac.
de cō-
tract.
disp. 3.
qu. 2.
punct.
4. n. 21.

In pa-
radox.
c. 4.

Salon.
in 2. 2.
tom. 2.
q. 77.
art. 1.
cōtr. 5.
Mol in a
30m. 2.
disp. ut.
349. n.
11.

huius enim aureum præceptum extat in libro de re rustica : quod ad rem domesticam conseruandâ, & augendam censeas oraculum. *Patrè familias vendacem, non emacem esse oportet.* Hæc præcipua cura œconomico insideat, vt quam paucissima potest, velit emere, in superuacanea nõ effundat suam pecuniam: imò distrahât superflua, si quæ habet, ex quibus constet pecuniam ad vsum magis necessariũ. Nec pigeat, & pudeat ex vilibus, & minutis (si modo nulli vsui inseruiunt) eam corrogare. Vnde vt Cato se magis explicet, *vendat, subdit de Patre familias, oleum si pretium habeat, vinum, frumentumq; quod supersit. Vendat boues vetulos, armenta delicula, oves deliculas, lanã, pellem, plaustrum vetus, serraamenta vetera, seruum senem, seruum morbosum* (de his benignior ero ipse potest) *Et si quid aliud supersit vendat.* Non vituperatur in hac re Caius Imperator, de quo Suetoni⁹ refert, lucro olim inuitatum quicquid instrumenti veteris Aule erat, dum in Gallia degeret, ab Vr

Caio
d. re
rust. c.
s.

be

be repetisse ad vendendum. Contrariam affectionem Siliij Italici perstringit Plinius minor, de quo ait. *erat φιλοχάλος vsq; ad emaciatissimam reprehensionem.*

Quod moneo de hac eadem re, caue ne excidat. Cum enim non pauca se se offerant vanalia, & vili interdum precio in hac Aula, abstinendum est ab eorũ emptione, si vt dixi, non sunt necessaria : Nec valet ea excusatio : parũ emitur, & rem ingentis pretij exiguò possum comparare. Nam aduerte quid inelamat idem Cato œconomicorum Princeps. *Quod nõ opus est asse carum est.* quod effatum suis epistolis inseruit Stoicus Latinus. Viderat vterq; sapiens Romanus hic multorum esse ruinas. Nam rem familiarem infumebant in rebus parum necessarijs, causati opportunitatem distractionis, & pretij vilitatem. Cura etiam, quãdo emis, ne pretium sit supremũ, caue omnino ne hoc excidat, & pluribus emas, quã res valeat, quod cum accidit, perquam moleste accidit. parũ facimus inter-

Plin.
lib. 3.
Epist.
7.

l. Sen.
Epist.
49.

D 4 dum

dum precuntæ iacturam, sed deceptos fuisse in emptione, osq; nobis sublitutū ab aliquo impostore, hoc illud est, quod ferre nequimus. Non tam doler, & poenitet carius emisse, quam ingenio succubuisse. Merces cara arguit stultitiam emptionis. Vnde quod male emptum est semper poenitet, ait Plinius maior. Sed auunculi præceptum expressit pluribus alter Plinius. Cum enim amico negotium daret, ut nescio quid emerer. Rogo cures, inquit, quanti equum est emas. ita enim delectabit emisse. Nam mala emptio semper ingrata est, quod exprobare stultitiam domino videtur. Sententia sane lepida, & quæ emaces admonere debet, ne dum cupidius obsecundant adamatæ rei, suæ facilitatis, aut etiam temeritatis poenas dent. Remedium, quod ad hoc cauendum darem, primum est, ut si nescias, res, & merces emenda cara sit, an secus; bona, an deprauata, adhibeas viros scitestiores, ingenio tuo non semper fidas, in negotio proprio hebescit sæpe asies mentis. Deinde caue emas,

siue

siue contrahas continuo: rem inspicere diligenter & non semel, sed bis, & ter considera. Adhibenda est cautio, quam rei rusticæ periti in emendo rure incutcarunt. nescilicet cupiditate victi rus semel inspectum nobis comparemus. Sed sapius eamus, omnes agri particulas consideremus. Prædium eum parare cogitabis, in animo habeto ut ne cupidè emas: ne opera tua parcas visere. Et nescis habeas semel circumire. Hoc præceptum, Cæsonianum vocat Varro, quo fertur usus etiam Cato (sunt eius verba) mercaturis agrum esse renisendum sapius eum, quæ velint mercari. Nam prima inspectio neq; vitia neq; virtutes abitis ostendit, quæ mox retractantibus facilius apparent. In summa aliquid ementes vitemus calorem (ita appellat Paulus Iurisconsultus) qui in licitationibus solet ultra modum pretia insurre. ut est eiusdem vox. Fugiamus etiam illam, quam idem mer vocat a libr. stultitiam: ea quippe adducitur pleriq; imò omnes, qui emunt pretio immodico. Nos maxime, qui annum vigesimum

Cato
de re
rust. c.1. loca
tio. qd
ff. de
publ.
l. 3. ff.
ad legem
falk.

D 7

quæ

Plinius
lib. 18.
c. 5.
Plinius
secund.
lib. 1.
Ep. 24.

Cuiac. lib. 16. ob. cru. c. 18. & lib. 13. c. 32. l. 1. c. de re sci. vend.

quintum excessimus, hæc caueamus: & præsertim in emptione rerum immobilium: nobis enim ex sententia Iuriconsulti celeberrimi non subuenit, & suffragatur beneficium legis decantatæ, & lata à Diocletiano, & Maximiano: si rem scilicet emamus pretio immodico, licet decepti fuerimus supra dimidium, volunt interpretes non pauci nobis imputari, & nostræ fœcordiæ, si ingentia, & immensa pretia projecimus incensi hac cupiditate, quam hætenus descripsimus. Emptores, inquit, si hoc peccant, volentes peccant. At venditori, qui sepe minoris vendit compulsus necessitate rei familiaris, æquius fuit subueniri lege Cæsarium ante dicta.

l. 1. l. 16 de ac. cin. v. nd.

Rob. Aurel. lib. 2. anim. 4. c. 13. Anton Merc. in not. lib. 17. c. 2. Al. 5. n. 128.

Nonianus.
Iacobus Cuiacius est auctor huius sententiæ, quam tamen Robertus Aurelianensis reprehendit, vt audiui in solempni lectione insignis Academiæ. Sed defendunt acerrimè Antonius Mercator, & Alexander Scot aduersus Fachineum. verùm ego ne firmam putem eam

epi-

opinionem plurimum me monent (præter rationes) auctores duo Hispani magnus! Covarruias, & Arias Pinellus, aliq; qui laudantur ab vtroque: sentiunt enim constitutionem Cæsaream non minus fauere emptori, quam venditori, si vterq; lædatur vltra dimidium iusti pretij. Promiscua enim est venditoris, & emptoris nuncupatio: par etiam in vtroq; apparet ratio æquitatis. Nec semper, vt bene aiebat Fachineus, angustia rei familiaris adigitur venditor ad distractionem: nam ditissimi sepe vendunt parum fructuosa (quæ est præceptio œconomica supra tradita) vt cœmant fructuosiora, vel alia via alter lucrentur. Cuiacius ipse alibi contrarium docuit, vt non negat Scot, & vult omnia conciliare.

de sct. contr. l. 1. c. 17. An dreas Fachineus lib. 1. contr. c. 16. Covar. lib. 2. v. 2. c. 3. Pinell. in comma l. 2. e. de re sci. vend. p. 1. c. 2

Modestinus.

Vt benè etiam emamus inspice-re debemus, quam adhibeant diligentiam homines, qui talia sibi comparant quotannis, vel frequentius, vt potè necessaria, & quæ è proprijs præd. js non habeant, tales

unt nonnullæ familiæ religiosorum ordinum, qui ex instituto agros nequeunt habere. Diuersorum exemplum proposuit Cardanus, sed in hac re similia. vt discas bene emere. Pro norma, ait, tibi propone illos, qui magno incommodo id tamen bene agunt. Velut Iudeos, qui inuisi omnibus, & à magistratum tutela alieni coguntur emere frumentum, vinum, ligna: cum nihil permittantur habere ex redditibus. erunt igitur obseruanda in his tempus, quod attendunt, industria quam adhibent, & artes aliæ, quibus curemus, & vt bene emamus, & circumuentionem euitemus.

Tenorius.

Præterea, vt bene emas, sunt vitandi competitores, absq; arbitrīs, absq; turba, si possibile sit, res est peragenda. Secus verò illud accidet, vt turba emptorum pretium adaugeat. Id plerumq; euenit, vel in ipsis publicis auctionibus: nam dū multi rem aliquā vanalem sub hasta ad amulationem licitantur, vel contentione, vel inuidia, falsaq; estimatione mercis, ad quam com-

comparandam fit licitantium concursus pretium mirum quantum excrescit: proderit huic animaduersioni excusatio quædam Ciceronis in non ab simili casu, quam subiiciam, vt potè habituram vim præcepti. Qui cum in Palatio domum vellet emere, & pecuniam in præsens non haberet, à Sylla, qui tunc reus erat, mutuam accepit, ea res, prius quàm emeret, prodita est, & exiit in vulgus. Obijciunt igitur aduersarij viro senatorio, quod à reo pecuniam accepisset. Verum ille accepisse se negat, & domum dicit non empturum. spōdetq; dicta euentu comprobanda. Sed cum deinde emisset, & mendacij in Senatu ab inimicis insimularetur, nisi satis: atq; inter ridendum imprudentes, inquit, homines estis, cum ignoretis prudentis, & cauti Patris familias esse, quod emere velit empturum te negare ad vitandos competitores.

Modestinus.

Proficua est præceptio: sed exemplum Ciceronis si ita se habuit, vt refertur, nequaquam est sequendū;

nam

nam mendacio est usus: testè, & circumspèctè homo se gerat, aliaq; via abigat competitores. Vndè magis còsuluit nomini Ciceronis, qui hoc Apophthegma in hæc verba retulit. Cicero, ait ille, obijciētibus, quod à reo pecuniam accepisset, qua magnificas ædes esset empturus. Fatebor, inquit, accepisse me si emero, eas cū esset, mercat^o, exprobantib^o vanitatē. An nescitis, inquit, boni Patris familias esse, dissimulare, si quid constituerit emere? Agnoscimus, & laudamus testam, & ambiguum locutionem. absuit mendacium. Vtrū verò malè egerit vt Senator, non est sermonis instituti, patrem familias consideramus.

Tenorius.

Quid censes, Modestine de præcepto quod Lynceus Samius in arte epularum struendarum obsonatoribus suggerit? (omnibus cuiuscunq; rei emptoribus commune censere debemus) vt scilicet empturi pisces vtiliter, & iucundè circumueniant piscarios. ità quicquid veillent, obtinere possēt: quod

Erasm
in Apo
phch.

Athe-
neus
lib. 6.
& 7.
D. ph.
no. 9.
ph.

quod si adhuc nollent se dimittere ad pretium oblatum, inutile non esse, aiebat, aduersus eosdè ichtiopolas expositos pisces vituperare. Vnde ex Arcestrati libro de cupidijis & alijs periculis carmina quædã obsonatorib^o etiã suggestit. Quibus in tempore depromptis vterentur: ea sunt.

Mormylus litoralis piscis malus est, nunquam bonus.

Amian Autumnio mercare, nunc autem ver est.

Cestrum admirandum, cum ver accesserit.

Est verò nunc æstas.

Quibus ex tempore dictis augurabatur fore, vt emptores abijsummouerentur, & piscarij cogentur accipere, quod obsonatores offerebant. Dura hæc tibi videbuntur. Sed al quis fortasse eas defenderet auctoritate sapientis Hebraei, qui vel excusat, vel non damnat hanc industriam ementiū.

Malum est, malum est dicit omnis emptor.

Et cum accesserit, tunc gloriabitur.

Quibus d notat (& pprobat ali-

Proa.
C.

alicuius iudicio) hanc emendi rationem: vt scilicet res emenda illaudetur, deprecietur; sed emptione perfecta gloriatur emptor.

Modestinus.

Qui hac arte vteretur, censeret fortasse expleffe munus boni œconomi: vtilitati suæ prospicit. Verùm enim verò vtile ab honesto ego nolo separari. Vndè adagium istud esse contra præcepta iustitiæ, quam vocant commutatiuam post D. Augustinum adnotarunt alij: nempe Dionysius, Arboreus, & Delrius. Quid ergo, inquit, eius auctor Salomon est deceptus in hac re? iniusta præcipit sapientissimus mortalium? Salomon nequaquam hoc docuit, aliud intendit, non probauit, sed indicauit (aliò referens adagium) vulgarem fraudem mercatorum (hoc enim sonat vox hebræa; qui, quod empturi sunt, mirè depretiant, vile & illaudatum afferunt, ad eum, quicum contrahunt, decipiendum; quod, vbi ipsi habuerint, & sunt vendituri, laudibus extollant. Vnde concludo: quæ dixisti paulo ante

v. Del-
rii in
Adg.
facris
adag.
215.

ante non modo sunt dura, & parū ciuilia; sed iniusta hæc ementium ars mihi videtur.

Novatianus.

Quid consulis de tempore pecuniæ soluendæ? præstatne præsentis pecunia emere, an verò solutione in diem collata?

Modestinus.

Quid aliud quam illud Plautinum etiam ad vendendi modum, & rationem, si quæ tibi sunt vendenda.

Eme die caeca berce oliuum, id

Plaut.
in Ple-
udolo.

vendito

Oculata die.

Auebis scire quæ sit dies caeca, quæ oculata? Vult nos Comicus admonere suo more, facete inquã, & proverbialiter; vt emamus, si possimus, pecunia non numerata, non præsentis, sed solutione, vt tu ais, in diem collata: quod faciendum die caeca, quæ scilicet nummos, & argentum non inspiciat, pecuniam non requirat. contra verò vult vendamus eadem recepta, & solutione præsentis die expedita: quod feliciter efficit *dies oculata*, quæ

quæ scilicet pecuniam enumeret: videatq; pretium solutum. Sed præceptum bene serua, & primam eius partem, si occasione pecuniæ non representatæ venditor non vendat carius, nullæq; vsuræ tuo damno accrescât. Verùm alteram moniti partem semper, & pro virili amplectere, si quid vendere, & extrudere cogitas. Nam qui rem tuam pretio non per solito domû asportat, de eo tardè cogitat, & quam ægerrimè pendit.

Novatianus.

Quid censes, præstat ne pecuniâ ipsam, cum est expendenda, dominum tractare, ac numerare? an fidei famulo committere.

Modestinus.

Ratio personæ in hac actione œconomica in primis est tenenda. Nam quod attinet ad viros sacros, præsertim in eximia dignitate constitutos, decreuere Ecclesiæ patres, vt œconomos eligerent, qui Ecclesiæ fructus, & Episcopi redditus procurarent; ne scilicet Antistites ijs administrandis occuparentur. Fulgor auri, & argenti color

lor allicit nõ parum & prolecat! Sed homini priuato, & non multũ pecunioso sapius expediret, vt ipsemet tractaret suam pecuniam; ita enim cõsiderabit quid, quantumq; expendit. hoc præceptum viris largis atq; prodigis omninõ est necessarium. Nam intuentes, & terrentes suis manibus nummos, & argentum, animaduertunt quid insumunt: quod si tantum famulo iusserint, largitionem quouis titulo debitam, & non ipsi pecuniã numerauerint, multo plura profundent inconsiderata prodigalitate.

Tenorius.

Audiuim olim (quod nunquam excidet) virum Ianuensem suæ Urbis honestissimum, & nobilissimum iussisse filijs, vt non medio crem pecuniæ summam, quam ludendo amiserant, ipsimet proprijs manibus victori numerarent, & refunderent: quo facto voluit filios admonere perpeffi damni. aspectus enim ipse, & contactus facit, vt persæpe in expensæ factæ, vel faciendæ cognitione veniamus.

Modestinus.

Sed ego aliud addo, licet tenacioribus non placuerit, cum ea sit nostræ naturæ frugalitas, & propria quædam auri vis, qui respicientium animos attrahit, & detorquet, ita ut ab omnibus repente appetatur. hæc affectio in nonnullis avaritiæ morbo laborantibus, radices adeo altas agit, ut ad propensionem hæc vitandam, aut saltem reprimendam consulant ipsi prudentiores, ut ab omnibus non solum auri, sed argenti, & pecuniæ collectione, tractatione, intuitu, etiam si fieri potest, se se abstineant. non dissimulo tamen contrariam præceptionem, si contrarium eadem est ratio, esse suadendam: quam interdum non negligat bonus œconomus.

Novatianus.

Quoniam vero non modo utensilia, & domestica suppellex est mihi comparanda, verum etiam omnia, quæ absumuntur usu quotidiano vinum, oleum, & alia huius notæ; præstat ne hæc semel emere, & benigniori pretio, an in dies quan-

V. Pa-
leo sũ
de ho-
no Se-
nectu
is p. 3.
at. 5.

quantum postulat usus ipse, & e foro?

Modestinus.

Respondeo exemplum siue factum viri clarissimi. Is est Pericles Atheniensis, qui Plutarcho visus est diligentissimus administrator rei domesticæ: illum propterea laudat hoc titulo, & his verbis, quod magistratum annuum adeptus eam domesticæ rei rationem inijt, quam, & expeditissimam esse, & certissimam putabat. Ita ut omnes annuos fructus venderet simul quotannis: quæ autem ad victum, & rem familiarem erant necessaria singula in foro quovis tempore emeret. Bene agit hac ratione cum re familiari: licet modus iste œconomicus ingratus sit omnibus domesticis. Vnde de eodem Pericle eadem rationem in gubernatione domestica tenente subdit Plutarchus. *caratio neq; putrescentibus si us grata erat. neq; largi præbitorem mulieres eum habebant, reprehendebant, sicut imperis rationem in dies, & acurato calculo computatam; cum in magna familia,*

Plut.
in eius
vita.

*Opibus splendidis nihil abundaret; sed omnes sumptus, omnes reditus ad certum numerum, mensuramque reuocarentur. & planè hac in re pro viri, & familiæ splendore tenendum est id, quod neque deficit, nec excedit. nec è foro, & in dies sunt omnia comparanda in domo præsertim, quæ habeat matrem familias, vel non indiligentem administrum, quem veteres Romani, *seruum, Procuratorem* appellarunt, cui suppellectilem, & cellariam crediderunt. Cui muneri aptiores tamen sunt mulieres, quas ideo natura fecit timidiores. Quoniam hunc *sexum custodiæ, & diligentie assignauerat, idcirco timidiorem reddidit. Nâ metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Vbi verò vel mulierum vel fidelissimorum seruatorum opera deserit, satius è foro omnia petere, quàm cellas, & penulam; initio complere, & vix exactio semestri exhaustum reperire, idem aduertit ex Aristotelicis, & præcipuis rei economicæ præceptis Cardanus in Proxenetæ. Vult enim ubi fidi ministri sunt, &**

1019
 1018
 1017
 1016
 1015
 1014
 1013
 1012
 1011
 1010
 1009
 1008
 1007
 1006
 1005
 1004
 1003
 1002
 1001
 1000
 999
 998
 997
 996
 995
 994
 993
 992
 991
 990
 989
 988
 987
 986
 985
 984
 983
 982
 981
 980
 979
 978
 977
 976
 975
 974
 973
 972
 971
 970
 969
 968
 967
 966
 965
 964
 963
 962
 961
 960
 959
 958
 957
 956
 955
 954
 953
 952
 951
 950
 949
 948
 947
 946
 945
 944
 943
 942
 941
 940
 939
 938
 937
 936
 935
 934
 933
 932
 931
 930
 929
 928
 927
 926
 925
 924
 923
 922
 921
 920
 919
 918
 917
 916
 915
 914
 913
 912
 911
 910
 909
 908
 907
 906
 905
 904
 903
 902
 901
 900
 899
 898
 897
 896
 895
 894
 893
 892
 891
 890
 889
 888
 887
 886
 885
 884
 883
 882
 881
 880
 879
 878
 877
 876
 875
 874
 873
 872
 871
 870
 869
 868
 867
 866
 865
 864
 863
 862
 861
 860
 859
 858
 857
 856
 855
 854
 853
 852
 851
 850
 849
 848
 847
 846
 845
 844
 843
 842
 841
 840
 839
 838
 837
 836
 835
 834
 833
 832
 831
 830
 829
 828
 827
 826
 825
 824
 823
 822
 821
 820
 819
 818
 817
 816
 815
 814
 813
 812
 811
 810
 809
 808
 807
 806
 805
 804
 803
 802
 801
 800
 799
 798
 797
 796
 795
 794
 793
 792
 791
 790
 789
 788
 787
 786
 785
 784
 783
 782
 781
 780
 779
 778
 777
 776
 775
 774
 773
 772
 771
 770
 769
 768
 767
 766
 765
 764
 763
 762
 761
 760
 759
 758
 757
 756
 755
 754
 753
 752
 751
 750
 749
 748
 747
 746
 745
 744
 743
 742
 741
 740
 739
 738
 737
 736
 735
 734
 733
 732
 731
 730
 729
 728
 727
 726
 725
 724
 723
 722
 721
 720
 719
 718
 717
 716
 715
 714
 713
 712
 711
 710
 709
 708
 707
 706
 705
 704
 703
 702
 701
 700
 699
 698
 697
 696
 695
 694
 693
 692
 691
 690
 689
 688
 687
 686
 685
 684
 683
 682
 681
 680
 679
 678
 677
 676
 675
 674
 673
 672
 671
 670
 669
 668
 667
 666
 665
 664
 663
 662
 661
 660
 659
 658
 657
 656
 655
 654
 653
 652
 651
 650
 649
 648
 647
 646
 645
 644
 643
 642
 641
 640
 639
 638
 637
 636
 635
 634
 633
 632
 631
 630
 629
 628
 627
 626
 625
 624
 623
 622
 621
 620
 619
 618
 617
 616
 615
 614
 613
 612
 611
 610
 609
 608
 607
 606
 605
 604
 603
 602
 601
 600
 599
 598
 597
 596
 595
 594
 593
 592
 591
 590
 589
 588
 587
 586
 585
 584
 583
 582
 581
 580
 579
 578
 577
 576
 575
 574
 573
 572
 571
 570
 569
 568
 567
 566
 565
 564
 563
 562
 561
 560
 559
 558
 557
 556
 555
 554
 553
 552
 551
 550
 549
 548
 547
 546
 545
 544
 543
 542
 541
 540
 539
 538
 537
 536
 535
 534
 533
 532
 531
 530
 529
 528
 527
 526
 525
 524
 523
 522
 521
 520
 519
 518
 517
 516
 515
 514
 513
 512
 511
 510
 509
 508
 507
 506
 505
 504
 503
 502
 501
 500
 499
 498
 497
 496
 495
 494
 493
 492
 491
 490
 489
 488
 487
 486
 485
 484
 483
 482
 481
 480
 479
 478
 477
 476
 475
 474
 473
 472
 471
 470
 469
 468
 467
 466
 465
 464
 463
 462
 461
 460
 459
 458
 457
 456
 455
 454
 453
 452
 451
 450
 449
 448
 447
 446
 445
 444
 443
 442
 441
 440
 439
 438
 437
 436
 435
 434
 433
 432
 431
 430
 429
 428
 427
 426
 425
 424
 423
 422
 421
 420
 419
 418
 417
 416
 415
 414
 413
 412
 411
 410
 409
 408
 407
 406
 405
 404
 403
 402
 401
 400
 399
 398
 397
 396
 395
 394
 393
 392
 391
 390
 389
 388
 387
 386
 385
 384
 383
 382
 381
 380
 379
 378
 377
 376
 375
 374
 373
 372
 371
 370
 369
 368
 367
 366
 365
 364
 363
 362
 361
 360
 359
 358
 357
 356
 355
 354
 353
 352
 351
 350
 349
 348
 347
 346
 345
 344
 343
 342
 341
 340
 339
 338
 337
 336
 335
 334
 333
 332
 331
 330
 329
 328
 327
 326
 325
 324
 323
 322
 321
 320
 319
 318
 317
 316
 315
 314
 313
 312
 311
 310
 309
 308
 307
 306
 305
 304
 303
 302
 301
 300
 299
 298
 297
 296
 295
 294
 293
 292
 291
 290
 289
 288
 287
 286
 285
 284
 283
 282
 281
 280
 279
 278
 277
 276
 275
 274
 273
 272
 271
 270
 269
 268
 267
 266
 265
 264
 263
 262
 261
 260
 259
 258
 257
 256
 255
 254
 253
 252
 251
 250
 249
 248
 247
 246
 245
 244
 243
 242
 241
 240
 239
 238
 237
 236
 235
 234
 233
 232
 231
 230
 229
 228
 227
 226
 225
 224
 223
 222
 221
 220
 219
 218
 217
 216
 215
 214
 213
 212
 211
 210
 209
 208
 207
 206
 205
 204
 203
 202
 201
 200
 199
 198
 197
 196
 195
 194
 193
 192
 191
 190
 189
 188
 187
 186
 185
 184
 183
 182
 181
 180
 179
 178
 177
 176
 175
 174
 173
 172
 171
 170
 169
 168
 167
 166
 165
 164
 163
 162
 161
 160
 159
 158
 157
 156
 155
 154
 153
 152
 151
 150
 149
 148
 147
 146
 145
 144
 143
 142
 141
 140
 139
 138
 137
 136
 135
 134
 133
 132
 131
 130
 129
 128
 127
 126
 125
 124
 123
 122
 121
 120
 119
 118
 117
 116
 115
 114
 113
 112
 111
 110
 109
 108
 107
 106
 105
 104
 103
 102
 101
 100
 99
 98
 97
 96
 95
 94
 93
 92
 91
 90
 89
 88
 87
 86
 85
 84
 83
 82
 81
 80
 79
 78
 77
 76
 75
 74
 73
 72
 71
 70
 69
 68
 67
 66
 65
 64
 63
 62
 61
 60
 59
 58
 57
 56
 55
 54
 53
 52
 51
 50
 49
 48
 47
 46
 45
 44
 43
 42
 41
 40
 39
 38
 37
 36
 35
 34
 33
 32
 31
 30
 29
 28
 27
 26
 25
 24
 23
 22
 21
 20
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 0

Card.
 lib. de
 prud.
 c. 11.
 e. 27.
 siue in
 in Pro
 xeneta

prudentes, distributioque recta, vt quæcûq; seruari possunt, annuatim, & tempore quæq; suo cõemantur. At verò vbi aliquid illorum desit, nimis malum est omnia emere. Qui adhibent vtramq; hanc diligentiam res seruandi, & benè distribuendi, faciunt, vt mediocria sint pro magnis. *Fidelis seruatorum custodia consuevit sufficere pro copia, maxime si ab initio procurentur. Est Vegetij militare, si militiæ; sin verò domi teneas, domesticum præceptum. Nam quantolibet studio præparetur annona, tanto maturius desit, quanto pluribus erogatur. Ego in eandem sententiam discedo, sed cum cautione sapius adducta. ne scilicet angustum anulum gestemus; hoc ne per miseram, scrupulosamque iuris domesticæ subtilitatem omnia dimentiamur.*

M V T V V M .

Cap. VIII.

In mutuo aliquando semper fit iactura pecuniæ, & amici. Syngrapha aabi- benda. Conuicium exigenti factum. Reddere sine querela, in Antecessum. Delicatus debitor. oerosus creditor. sit benignus cum efficacia. Adire cum sacculo debitorem. Optima nomina nō appellando fiunt mala. Creditor an sit tenax. An adiecto tempore mutuanū. An poscendus sponsor. Verecundia quando abijcienda. Vituperata effusio inconsiderata. ex Pudore vitioso quos mala. Intiūs obstandum. Opera potius, quàm res præstanda. Quæ amicitia su- giendæ. Parua potius danda, quàm magna mutuanda. Pignus an poscendum. Huma- nitas semper re- tinenda.

Tenorius.

QUæ superius dixisti de trans- missa non mediocri pecuniæ sum-

summa per Trapez. tas faciunt, vt te moneam. Nouatiane, de re non contemnēda. Ego etiam tibi edixi ad eius pecuniæ odorem multos canes venaticos excitari, qui offi- cij causa tibi præsto erunt, & te nouitium aulicum comitabuntur tanquam deductores: sed vbi te emunxerint, vix aut ne vix quidē integro anno semel habebis salu- tatores. Horum artes perspectas habeas necesse est: neq; enim adeo effrontes erunt, & inuerecundi, vt pecuniam sibi dari petāt; mutuata volunt, è vestigio reddendam. Sed misera in Orcum abit, & descendit illuc, vnde negant redire quem- quam, imò experieris verissimè dici, quod vulgò dicitur, cum pecuniam mutuo damus amico, faci- mus iacturam amici, & pecuniæ, quod expressum etiam legi vetustis, & elegantibus, Comici carminibus (has utilitates præstat Comedia: dat vitæ humanæ præcepta, maximè œconomica) at- tende carmina.

Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.

E

Cum

Plaut.
in Tri-
tūmo
act. 4.
scen. 3

Cum repetas, inimicum amicum
beneficio inuenis tuo.

Nam si exigere cupias, duarum re-
rum sis optio,

Vel illud, quod credideris, perdas,
vel illum amicum amiseris.

Modestinus.

Recta monet Tenorius, & facit
meminisse animaduersionis, quam
in Stoico Latino annotauit, & illu-
strat locum Comici, multos enim
expertus ille fuerat debitores, qui
nequissimam illam vocem, & iusgen-
tium (sunt eius verba) praferentem,
Redde quod debes. zgris auribus ad-
mittunt.

Tenorius.

Hac de causa, Nouatiane, quo-
ties continget aliquid mutuari,
aliud te monitum volo. Testes, &
Syngrapham adhibero. quam cau-
telam, si non mihi, Plutarcho certè
acceptam referat in libello aureo
de vitiosa verecundia. Perseus enim
cudam amico argentum mutuò
dans, in foro, apud mensarium cõ-
trahere voluit, cumq; alter admi-
rareretur, & diceret: Ad eone Persee,
quia se ualunius? omnino respon-

Seneca
lib. 3.
de be-
nef. c.
4.

dit, ut amice recipiam, neq; iure ex-
periar in repetendo. Multi sunt, qui
pecuniam, vel aliam rem rogati
nescio qua inutili verecundia pro-
hibiti cautelas omittunt, ob quas
neglectas necesse habent lege
agere suscepta inimicitia. Qui hoc
memitum non contempserit, me-
minerit Hesiodi præceptum

Quin etiam, ait ille frairi testes
adhibere memento.

Ad
Martii
c. 10.

Quoties ego sum expertus so-
lutionem exigenti factum conuitium:
quod Seneca tantopere improba-
uit. Oportet nos, atebat ille, in prom-
ptu habere, quæ in certum diem data
sunt: & appellatos sine querela redde-
re. Pessimi est debitoris creditori sa-
cere conuitium, & rarissimos inue-
nias, qui in mutuo reddendo, &
perfoluendo debito conueniant
creditozem, & soluant ante diem
præstitutam, difficulter hoc inue-
nies, quibus diem solutionis præ-
uenientibus, iterum credas, & des
mutuû; dicasq;: Bene credi tibi feto,
in antecessu reddidisti. Nã in anteces-
su dare, est ante diem soluere, & ut
Iuris cõsultus loquitur pro mutuo

Seneca
Epist.

L. excõ
d. c. 6.
is. 5. 16
ff. o.

Modestinus.

Verissimâ hæc etiam dicuntur : sed modum aliquem tua bona venia adhiberem. Si quid enim alteri credidimus, & mutuati sumus, diesque adiecta, horas, & momenta obseruare non debemus: nisi velimus avari, & parum ad humanitatem facti apud cæteros haberi.

Auarus exactor ad horam, & diem appellat, ait quem laudas, Seneca, et ex mente Iurisconsulti. *Neq; delicatus debitor, neq; onerosus creditor est audiendus.* in eadem culpa est is homo, qui statim cum sacco debitorem adeat: laudatur verò in Iure Romano is creditor, qui sit cum efficacia benignus, cum instantia humanus. Aduertis ut neq; e foro exploterint hanc humanitatem Iuris consulti, qui alioquin in suo cuiq; reddendo iustitiæ sunt obseruantissimi?

Tenorius.

Sed videris mihi ignorare (licet id ægre credam) quod scænerator Alphius aiebat. *Optima nomina, nõ appellando, fiunt mala.* voluit nos diligens homo admonere ne per in-

duriam sinamus inueterascere debita, vel hominum locupletum: licet enim initio bona sint, vt potè à pecuniosis præstanda, fiunt mala, si identidem non repetantur, ne dum tradita obliuioni negligantur.

Modestinus.

Non me latebat hoc Alphij præceptum: et iam ob memoria fores versabatur. Sed tu debueras proferre locum integrum auctoris, qui illud nobis reliquit consignatum suis scriptis. eum ego dabo. *Sed ne dominus*, ait Columella, *in vnaquaque re cui colonum obligaueris, tenax esse sui iuris debet, sicut in diebus pecuniaris, & lignis, & cæteris paruis accessionibus exigendis: quarum cura maiorem molestiam, quam impensam rustici is affert. Nec sanè est vindicandum nobis, quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam crucem putabant. Nec rursus in totum remittendum, quoniam vel optima nomina, vs scænerator Alphius aiebat, non appellando: fiunt mala.* Vides vt antecedentia sapiant omnem benignitatem, quæ humanitatis ratio, si vel

E 3 cum

Seneca
1. d. c.
benef.
c. 7.
l. 15. in
fine ff.
de pi-
gnorat
ag. l.
105. ff.
de so.
lug. l.
37. ff.
de vsu
nis.

Colu-
mella
lib. 1.
de r.

cum rusticis est tenenda, quid censes faciendum, quoties agitur cum viris honestissimis? Atqui in hoc negotio, vt omnia cedant humaniter, Senecæ non dissimile monitū obserua. *Quædam*, aiebat ille, *lenta sunt nomina, non mala. Huiusmodi homines non appellabos, sed commonefaciam.* Neue tibi omnino aduerser, vera censeo, quæ ab eiusdem calamo deflueret. *Sæpe opus est malis exactore, bonis admonitore:* licet in utroque loco humanitas semper primas obtineat.

Tenorius.

Assentiar tibi, quando ita vis. Sed vt hæc de ratione mutuandi, exigendi mutuum dissentatio sit perfecta, pace tua duo etiam adijcerem. Primum melius esse mutuari non adiecto tempore, quam solutione in diem collata. Nam, vt tu bene nosti, qui Iurisconsultos legisti non oscitanter, *Quoties tempus non adijcitur, præsens intelligitur.* ita cum volumus, nostra repetimus. Alterum est, vt sis, cui mutuemur, et credimus, non fuerit bene nummatus, vel spon-

fo-

forem habeat, vel det pignus, vel vice sua processu temporis det alium creditorem. Nam de sponfione, & pignore posterius habeo quid dicam. ad dandum, & delegandum alium debitorem, sed locupletiore me impellit cautio, & mos Romanorum: apud quos debitor interdum dabat vice sua alium debitorem, siue reum, vt dicebant. Hinc ortum habere nouationes, & delegationes, vt tu melius nosti cum tuis Iurisconsultis.

Modestinus.

Multa, vt auguror, Tenori, passus es incommoda ob mutuam: sed te animaduerto circumspicendum in hac re. Sed ne ijs malis homo implicetur, necesse est exuat vitiosam verecundiam, quæ si deterreretur, & audacter non resistit importuna esflagitantibus (maximè ijs quibus fides vacillat) certè iste magnis se irretiet incommodis. De hoc inutili pudore luculentum commentarium confecit Plutarchus (cuius multa enumerat detrimenta), Seligam ego

E 4

quæ

Sen. l.
5. de
benef.
22.

Idem
lib. 7.
de be-
nef. 23.

l. 41. ff.
de ver.
signif.

l. 14. ff.
de ritu
contr.
nupt.

quædam, facientia præsertim ad sermone, quem instituimus: & faciam ne aduersentur ijs, quæ ad liberalitatem spectât, & Christianam charitatem. At qui meo iudicio occasionem ex mutuo, damniq; ex eo prouenientibus arripuit Plutarchus: ad quod scilicet plerumq; homo deuenit præpeditus inutili illa, & multorum malorum effestrice uerecundia. Vnde in hæc auspicatur dissertationem. *Mitto, inquit, post non pauca, quæ damus is pudor affert, quando eo ducti, ijs mutuum damus, quorum suspecta est fides. Spondemus inuiti, ac laudanter illud: sponde, noxa præsto est, uti eo in rebus nequimus. Ibidem affert exempla pudoris huiusce vitiosi, qui nõ in vno vitæ genere, plerisq; malè vertit. Deinde ad remedia descendit, & generatim hæc pronunciat. Enim verò hoc vitium, ut pote multorum causam malorum, primum conabimur amoliri assuesatione, petito ad res exiguas initio. Vnde singulis morbis assignat singula remedia, & ad mutuum cum peruenit. Eodem modo, inquit, assue-*

sce.

scere debemus, ut pecuniam petentibus reluctemur in rebus neque magnis, neq; recusam difficilibus. Secus enim si deferamus dandi arbitrium, ineptæ uerecundiæ, & pudori illi inutili. Sæpe numero, ita prosequitur, hominibus probis familiaribus, & indigentibus continer, atque præteruè præteritis, alijs damus, non studio dandi, sed quia negare non possumus. Quæ de se uult idem Philosophus, ut imitemur Diogenem, qui in Ceramico statuas circumibat, & ab ijs stipem postulabat, mirantibusq; hoc dicebat, se repulsam meditari. Nobis autem è contrario, inquit Plutarchus, primum in uilibus absurdum est, & paruis rebus, ut denegare possimus, quæ petuntur inuenter. Sed rustici uidebimur, dicit quæpiam: non latuit hæc obiectio Plutarchum: sed à rusticitate hæc excusat hominem sequentem præcepta, quæ suggerit, ut scilicet maioribus in rebus nobis non desit copia optulandi ijs, quibus recusatio adhiberi non potest. Sed inquit, qui sunt isti tales? amicissimi, hoc est non leui, & Aulica no-

titia coniuncti, modesti, non impudentes, quos scimus, vel re-
latores gratiam propter beneficia, vel
pecuniam ob eandem mutuo con-
creditam. Neque nos tam agrestes
sumus, ut velimus omnem libera-
litate, & beneficentia fontem ex-
ficcare: delectum laudamus, &
inconsideratam effusionem vitu-
peramus.

Sed ne dum in mutuo, in alijs
etiam rebus, & actionibus œcono-
micis abigenda, & abstergenda
est hæc inepta verecundia: cui si
succumbamus; *Aegrotantes non pe-
rium accepimus Medicum pudere no-
bis familiaris noti: liberis magistris
loco bonorum præficimus eos, qui nobis
operam suam obtrudunt: huius nostræ
patrocinium non vili, & in foro ver-
sato committimus alicui, sed gratifican-
di studio alicuius, aut cognati filio, cui
ostentandi sui materiam offerimus. De-
nique inuenientes (sunt animaduersiones
eiusdem auctoris) qui Epicuros,
aut Stoicos profitentur, non quia ita
sentiant, & velint, sed ut amico im-
portunè urgenti comites se adiant. Cõ-
gruenter ijs, quæ supra dixerat,*

con-

concludit. ut hæc maioris momẽ-
ti euitentur, minora etiã esse ca-
uenda. Vnde vult *nec pistore, nec
pistore vitamur pudore ineptio impulsio.
neque in diuersorio incommodo diuer-
tamur, omisso commodiore: quia caupo
nos saepe salutant.* Quod si hæc mi-
nuta quis neglexerit, fiet quãdoq;
ut in stipulationem nuptiarum filia,
Sororisue iniuriam coniectus, mentiri
mutata sententia cogatur. Alia possũ
ex eodem afferre in medium, sed
hæc excerpti, quia maximè ad rẽ
œconomicam attinent.

Tenorius.

Neque ego oscitanter legi libe-
lum, quem cõpilasti: in eo obser-
uauit illud, quod verissimè dixit
quidem, non serio tamen, sed iocans:
Omnes Asiæ incolas vni ser-
uire, propterea quod vnicam syl-
labam, non, pronunciare nequi-
rent: nos plerumq;, quæ eandem
in ore non habemus, infinitis in-
commodis exagitari.

Modestinus.

Non semper debet, præsto esse
hæc syllaba: nec ubiq; & ad om-
nes in promptu eadẽ alloqui. Sed

in tempore cum petitiones importunas audimus, & pudor ineptus vix audet obfistere: imò ipse etiã pro altero instat: quẽ, qui fugiunt, sicuti fumum veriti, in ignem incidunt. Si enim vereamur contradicere importuna efflagitantibus, nõ raro fiet, vt pro amicitia seruanda in apertas similtates incidamus, cũ scilicet illapsi in iustas, vt nobis videtur, quarimonias, necesse est recuperemus data, sed ægerimẽ; vel in foro, & cum amico experiamur, quæ facillẽ euitasset homo: nisi initio obtitisset metus exiguæ reprehensionis. Demum concludit Plutarchus non esse metuendum, ne importuno alicui, & fidei parũ integræ (nam omnibus ego non probem) hæc dicas.

Non est in antris argentum; hospes, candidum.

Tenorius.

O lepidum carmen: quod qui sine furo vsurpabit, pluribus difficultatibus se expediet; sed vultis vobis recitem quædam monita de hac re, quæ deprompsi ex auctore non contemnendo? *Vel enim è*

nobis pecunia petitur, vel opera. Ne des rem caucto, ait ille, officia præstabis. Sed huiusmodi nec te euertant, nec graua sint. his postremis præcepti politicum non leue includitur. Ab amicitia pauperum; petacium, auarorum, & impudentium cauebis, excusabis non habere multo deuisse. Si petat, offeras pigrus: (Potentium pro actu obijce, sed alibi) Hoc fateberis te habere, sed corruptum, vitiosum, ubi tardauerit, restitutione occasione simulata, repetes. Multa (neque multa ego velim) dabis parua eo animo, vt dones, non vt multo des, & ne auceat maiora petere. in magnis cautionem, aut pigrus si offerat, accipies causatus incertis vita euentus. si non offerat, te excusabis. Melius est parui pretij amicum amittere, quàm magni pretij rem. tamen si hoc vltimum non humanissimẽ mihi dici videatur.

Modestinus.

Nec cetera sapiunt omnem humanitatem, mi Tenori, vnde sunt tenenda cum maximo delectu: & vereor, vt ex ijs sint quædam amputanda. multa enim, vt initio dixi, humanitas, & urbanitas sibi

postulat, & in primis Christiana
charitas. Volo enim omnes bonos
œconomicos, sed calamitosorum
necessitatibus occurrentes. Propo-
nerem ego quidem consilium viri
alterius prudentis, qui de se hæc
enarrat. Primis, inquit, iuuentæ
meæ annis magnanima mihi pecu-
nia mutua, & lubens in alios sese
sparsit, sed malè ad me redibat: &
Dij boni? quanta moles vt ab al-
tero reuocarem? Nec reddi iam, sed
dari videbatur. ità experimento
didici generosam hanc indolem,
parum vtilem, meque interdum
ijs eguisse, quæ alteri concesseram.
Pluri ego in posterum solertia ami-
corum vulgò mutuare destiti: nisi
ad certam, tantillamq; summam,
quæ vel semper citra pacis, & rei
meæ dispendium, peregrè rema-
neret. Vt verò inuidiam euaderet,
sic postulantis aiebat. Amice,
paticulas hac hora pecunias deti-
neo, reliquas in censum verti, vel
viri alieno eluendo, vel his, vel illis
emendis. Hodie apud me vix de-
cem nummi, si quinq; placeant,
tecum partiar. Splendidus tamen

ver-

verbis, & quasi mœstus mihi plura
non esse, quæ iuuarem, arcam, &
aurem aduersus preces, insultusq;
firmabam. Sed interdum putabat
honestius nihil dare, aut offerre,
quam tantillum; nam putat iniu-
ria affici, cui quinquaginta peten-
ti quinq; datur, offeruntur. Ho-
mini qui centum indiget, ingrata
erunt decem, etiam si data, turpius
ergo est interdum paruo defungi,
quam totum abnuere. Hæc omnia
prudencia dictabit, sed citra men-
dacium. Candidè nega, cum est
suspicio, pecuniam malè collo-
candam. Sed vt iterum repetam.
Postulat ciuilis societas nedum
Christiana, vt alter alterius incom-
modis succurrat: cæterum si non
re, sed consilijs tantum periclitã-
tem iuuemus; non absurdè cum
Poeta ille dicit.

*Quæd peto da Cai, non peto consiliũ .
Pecuniam petebat, consilio abun-
dabat. inter antiquas Rhodis in-
sulæ leges hæc fuit. Nemo afflictio
dare consilium audeat, nisi & simul
subsidiũ ferre velit. Conclude
amicis opem serendam tantam
quan-*

quantam possumus, consilijs, fauore, pecunia. posse tamen id voce, quod & alienæ indigentiae solutio fit, & citra propriae manifestum periculum fiat. Quippe non diffitear stultum esse etiam pro affinitibus fideiubere, aut mutuare ad eam usque summam, cuius exitiosa sit solutio: si a te postea exigatur, pro qua fuisti fideiussor, vel eam, quam mutuo dedisti pecuniâ non exigas. Sed de fideiussione posterius.

Neuallanus

Quæ seges imò Sylua Aphorismorum œconomicorum in latissudis vestrorum ingeniorum altitur? rem poteritis seruare vestram. manus ad stipem non porrigetis.



SPON-

S P O N S I O

Cap. IX.

Sponsio mutui vicaria. Sponsoris manus apud extraneum defixa. Sponsio nis liquens. Stulti latitia post Sponsionem. Sponde, noxa praestito est inter tria ora ula recensitum. Sponfor comes est aris alieni, atque litis seculi miser. Christiana pietati

locus dandus. Prae-

sules sponsori-

bus adsi-

milati.

Tenorius.

PRæclare de mutuo differisti, quid censes de sponsione, quâ non inficetè nescio quis mutui vicariam appellabat? Hanc enim rogant saepe numero homines, si deneges pecuniam.

Modestinus.

Quid aliud quam illud sapientis Hebraei, quo edocuit non semel, & verbis apertissimis sponsorem suo

suo facto se illaqueare. *Fili mi*, ait ille, *si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus.* Hæc vulgata versio, & eadem sonant Hebræa, vertitq; Symmachus. Et quamvis Chaldaus pro ijs verbis defixisti apud extraneum manum tuam, habet alia, nempe promissisti, solvere manu tua: magis adhuc præsens monitum illustrat. respexit enim ad pecuniam numerandam, quæ cum manu fiat, videtur homo spon- sione facta manum ipsam defixisse apud extraneum. Ad eò certa visa est consecutura solutio ex spon- sione. Quod si fortè pecunia non sit in promptu non inconcinne Græci quidam legere pro verbis antedictis. *Infixisti in catenam manum tuam* quasi dicerent, nexum te tra- didisti si sponsioni facturus satis non eris soluendo, allusio respicit ad debitores, qui apud Iudæos, quemadmodum apud Romanos ex lege xij. Tabularum, credito- ribus in servitutem addicebantur. Atq; verba illa eiusdem sententiæ, illa-

illaqueatus es verbis oris tui, illud striora faciunt Septuaginta: addita ratione cur ita fiat. *laqueus enim*, inquiunt, *fortis viro propria labia.* Quæ phrasis est vfitata apud diuer- sas nationes. Sed qui sacras literas commentantur verbum, *defixisti*, attentius considerant: sollempne enim fuit in malis, & magicis car- minibus. Vnde sensum hunc eli- ciunt: sponcione facta sic te alieno iuri permisisti, sicut solent, qui di- ris defixionibus vincuntur. Ve- rum idem sapientissimus mortaliū bis, & ter hoc præceptum inculca- uit, Nam in proverbij. *Affligetur malo*, inquit, *qui fidem facit pro ex- traneo, qui autè cauet laqueos* (spon- sionis) *Securus erit.* Sed fusior dein- de, & apertior hæc monet. *Noli esse cum ijs, qui defigunt manus suas: & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non habes unde restituas, quid causa est vt tollat* (creditor) *opert- mentum de cubili tuo.* Hoc loco, *de- figere manum*, est subire vicem de- bitoris: qui si non soluerit, vi fi- deiussionis scias creditori iam factā potestatem, vt te sponsorem liceat

Dei-
rius
in ada
gijis sa
cris pa
2. Ada.
15.
Prou.
c. 11.
15.
C. 22.
verf.
26.

manu afferere, & velut seruum
nectere. Sed lectio Septuaginta
interpretū mire confirmat, quod
supra sumus prosequuti ex auctori-
bus profanis de inepta quorundā
verecundia, qua prohibentur ne
denegent, quæ importunè efflaga-
tantur. *Ne dederis*, legunt, *te ipsum
in sponsorem erubescens vultum.* (pe-
tentis scilicet vt pro ipso spōdeas)
*Si enim non habueris unde soluas, acci-
piens lectum, qui sub lateribus iuis.* Iā
verò paulo supra ipsemet Salo-
mon riserat quorundam stultam,
& ineptam lätitiam, qui sponsio-
ne facta quasi aliquid præclare
gesserint, inani gaudio efferuntur.
Stultus homo, inquit, *plaudet manibus,
cum sponderis pro amico suo.* Lata-
tur quidem homo inconsideratus
sponsione facta, quasi verò sibi
egregiè consuluerit, cum tamen
miser hoc factò, nectendas manus
præbuerit. Demum hanc inconsi-
deratam beneficentiam nobis esse
vitandam expressius monet alibi.

*Non spondeas supra virtutem tuam,
quod si sponderis, quasi restituens cogi-
ta.* Hoc enim illud est apud Eth-

Ibidē
cap. 14.
vers.
18.

Ecc.
cap. 8.
vers. 6.

nicos decantatum. *Sponde, noxa
præsto est.* Potuere sapientes profani
hoc rotunde dictum (& in pauca
restringens hætenus dicta) ex sa-
eris litteris didicisse. Planè illud
Delphici Apollinis tēplo inscrip-
sere: vicem oraculi obtinuit, vt &
alia duo ibidem aureis literis affixa,
auctor omnium Chilo prohibetur.
Primum fuit. *Nosse se quempram 2.
Nil nimium cupere.* 3° *Sponde, noxa
præsto est.* Quod vlt mus scriptor
Romanus in hæc expressit. *Comi-
temq; aris alieni, atq; litis esse mise-
riam.* vel vt habet alia lectio. *Comi-
temq; aris alieni, atq; litis.* (nempe
sponsorem) *esse miserum.* Plu-
ribus explicat, quid sit spondere,
cui noxa præsto sit. Fideiubemus
pro eo, cui creditur pecunia, &
sæpè fit, vt fideiussores cogamur
creditori numerare pecuniam.
Fideiubemus, & apud iudicem de-
sistendo reo, atq; illo fallente, ple-
ctuntur vades. Sed auctor primus,
vt dixi, fuit Chilo, hæc alij refe-
rant etiam ad Homerum; de eodē
meminere Plato in Charmide, Plu-
tarchus in libello de futili loqua-

Lacr.
in eius
vita.
lib. 5.
Plin.
lib. 7.
c. 32. &
ibid.
Alcē-
pus.

Clem.
lib. 6.
strom.

118 IOCO-SERIA

itate, & simile quid habet Epicharmus apud Clementem in stromatis.

Sed quæ hætenus dixi, non ita dicta velim, vt semper ad amissim teneantur, nunquam enim damnauero fideiussionem, quæ fiat interdum ex affectu Christianæ charitatis, & commiserationis, si modo tantum adsint debite circumspectiones. Damnemus igitur tantum interpestiuas, temerarias, & inuoluntarias fideiussiones; vt interpretes Sacrarum literarum, Salomonis monita exponunt.

Quibus etiam locis Sacrorum bibliorum aliam interpretationem mysticam illam quidē, sed aptissimam accomodant Beda, & alij vetustioribus. Nam quæ Salomon toties dixit, interpretantur de ijs, qui præsumunt alijs, quorum curam suscipere; vt sunt Præsules, magistri, Gubernatores. Verè enim defigunt manus suas apud subditos, quos regnat; & discipulos, quos instruunt: sponsonem in se receperunt, hos docendi, illos gubernandi. Vnde qui aliorum

OECONOMICA 119

rum regimen ambiunt, & regendi munus appetunt, considerent laqueos in quos se induunt, onus quod suscipiunt, vel laqueos vitent, vel vtrum oneri pares esse possint diligentius inspiciant, quæ tamen non sunt nostri instituti.



A E S A L I E N V M

Cap. X.

*Aes alienum cauendum. Debitor cur
semel rubidus, & decies pallidus. Fel-
ix, & diues, qui nihil debet. Versu-
ram facere quid sit. Debitorum mole-
stia indignitates. Fœn rator es su-
giendi. Ad as alienum vi-
sandâ monita, & præ-
cepta. Consilium
Plutar-
chi.*

Modestinus.

Sed quantum cauere debes à
tua pecunia prodigenda, tan-
tum abstineas ab aliena vel mutuo
accepta, vel debita alio nomine,
Maximè si mutuo eant pedisse-
quæ usuræ, & eadem ex solutione
in diem collata cum scœnore ac-
crescant. sunt in foro tam impu-
dentes negotiatores, qui non ve-
reantur huic inhonesto lucro in-
hiare. Quod si meis monitis parum

ob

obaudiens eris, tu ipse semel ru-
bidus, & decies pallidus eris ex
veteri parcemia. Quæ, vt admo-
net Suidas, de mutuum accipien-
tibus, vel alia nomina facientibus
est dicta: eos enim necesse est pri-
mum erubescere pudore, deinde
metu pallefcere. rubescunt initio
cum mutuum petunt, pallefcunt
viso creditore cum soluendo non
sint, metuantque ne trahantur in
ius, aut in neruum. Quis enume-
ret curas, quas obæratî suscipiunt;
seruitutem quam perferre, mole-
stias quas deuorare, iniurias quas
mussitare, probra quæ audire
& concoquere coguntur, quæ ipsi
indigna loquuntur, quæ nõ com-
miserantur? Benè Persæ apud
Herodotum: locum peccatis de-
signantes, secundum mendacio
tribuunt, primum æri alieno: cum
& mendacia, & alia flagitia fre-
quenter inuehat. Vnde si vis bo-
nus œconomicus videri, teque à
non minima molestia liberare, ca-
ueas nomina facere. *Felix qui nihil
debet.* inclamat aliud adagium.
Felicem vocat hominem, qui ære

Herod.
lib. 1.

F

alieno

alieno non grauatur; licet enim diuitijs non polleas, adhuc tamen non exigua felicitatis portio est, nihil debere, quod est nomen non fecisse. Vnde Demades, interroganti alteri, quam ille Senex esset? respondit se valere; sciscitanti, quam diues? Ego, inquit, nihil debeo. Quasi verò ibi vigeat iuuenta, vbi firma sanitas, & satis sit diuitiarum adeoq; & felicitatis, vbi nulli exactores formidantur, è contrario inuere hominem, qui viuut oberatus, quas versuras non facit? quot nomina nominibus expungit? Sed interea in vsuræ caueam altius se immergit, quæ fera nullis exsatiatur pecunijs: quas vt exsoluat cum fenore quotidiano, & certo succrescentes, & examinationis, & rei familiaris iacturam facit non incertam. Multa sibi corradunt prozenetæ, & vilissimis interdù necesse est subblâdiaris. prætereo molestias, & metus, quas is homo patitur, quem nequeo, & sub coloribus elegantius depingere, quam expresserit Basilus Magnus.

Te-

Tenoribus.

Experientiam feci huius rei, & didici quot malis implicantur, licet extricare se contendant. manent semper oberati, alium ex alio sessorum in modum frantati equi suscipientes. Huiusmodi homines priscis Latinis *versurâ facere* vt tu paulò supra es locutus, hoc est vertere, seu mutare tantum nomina, nomenque vnus creditoris expungere alio nomine. vt vni mutuum, & debitum persoluant, ab altero pecunias creditas accipiunt, vel rem, & mercem vilius vendendam. sic omnia inuertunt, & conturbant. quæ res ipsæ maiore incommodo euenit. Nam quemadmodum, qui in cœnum lapsus est, aut surgere debet, aut manere. Versans autem, ac volutans se madefacto corpore maiorem in se contaminationem recipit, sic debitores in versuris ad debita soluenda, contrabentes alia debita super alia, magis atq; magis grauantur. Quam similitudinem in Plutarcho obseruaui, qui de vsura vitanda per quàm dæctum libellum scripsit. in eo recenset nau-

Plutar
lib. d e
vican-
davin.
ra

fragia, quæ ab hoc vento multi, & atrociora sunt passi. Et re vera hæc multorum ciuium sunt ruinae. nam simulatque aliquid debent *alatas barpyas* nutriunt. Frumentum ante messem vendentes, oleum: antequam oliuæ decutiantur, vinum ante vindemiam, pendet uua, & adhuc viti adhæret, atque Arcturum expectat, emptorem, tamen reperijt, qui eam vili pretio, est mercatus. Vnde rectè monet idem auctor à quo hæc eadem vobis recito. *Fuge hostem, & tyrannum sceneratorem, qui non terram, & aquam, Xerxis more postulat, sed libertatem inuadit tuam, & dignitatem tuam proficit. Si nihil des, obturbat, si habes, non accipit. Si quid vendis, pretium diminuit: si nihil vendis, ut vendas cogit, si iudicia exerces, compellat: si iuras imperas, Si ad fores eius venis, excludis. Si domi inclusus es, ostium seruat atque pulsat.* O quot molestias exhibet æs alienum, & pauca sunt non omnia, quæ recensui. Sunt tamen, frater, multi ære alieno prægrauati, qui alium dormiunt, si non letargum patiuntur. Planè ego

pu.

puto istos tales à maioribus inter cætera bona gentilia transmissam habuisse culeitram equitis Romani (Si in plures particulas diuidi potuit) quàm sibi Augustus iussit emi, cum sub hasta videretur, ut scilicet haberet, quod curis oppresso somnū conciliaret. Sub illa enim eques, quem dixi, ubi omnia decoxit, foenebreque pecunias accepit, ære alieno grauatissimus securè quod dormiait, & porrectis, ut aiunt, pedibus.

Modestinus.

- Sed ne morbi cognitione tantū contenti videamur, aliqua proponamus remedia. Ne alieno ære graueris, quotidie paria facias, hoc est accipis, & expensis habeas rationem. inspicere (hoc intelligo) tuum censum: vide quibus sumptibus sit par, de qua tamen re posterius multò plura. Quod si vel casu, vel tua indiligentia contraxisti debita, potius aliquid vendas, quàm tua pignori apponas tanquàm usurarum fundum. *Qui secus fecerit, ne Iuppiter quidem, ait idem Plutarchus, a possidendo Cæsius dicitur, cum*

F 3

ser.

seruare possit. Confugas deinde ad frugalitatis, & temperantiæ Asylum. quod tutiorem te præstabit à creditoribus, quam Dianæ Ephesi templum debitores, qui ad illud se recipiebant. Hoc est quod Socrates intelligebat, cum nobis præcipit, quemquam deberi à semetipso sibi mutuare, hoc est parcè viuere, & superflua subducere. Aurea præceptio L. S. nec est hæc, quam dabo; & si eam teneremus, auro abundaremus. *Ad uescamus, in se t post nonnulla, coenare posse sine populo.* (intelligit multitudinem conuiuiarum. & gregem astæ-tium seruorum) & seruis paucioribus seruire, & vestes parare, in quod inuenta sunt, habitare contractius. Luxus est, qui nobis negotium facessit, qui fœneratoribus nos mancipat. Luxum si ab ædibus excluderemus, in horum hominum nexu, & mancipio non essemus. si contenti uiueremus rebus ad vitam necessarijs, tam non esset fœneratorum genus, quàm non est Centaurorum, aut Gorgonum. Luxus enim, vt aurarios, argétariosq;

Socra-
tes in
eius vi-
sa.

Plat.
lib. de
vitan-
do arc
alieno

fa-

fabros, & vnguetarios, & pretiosorum colorum tinctorum, ita fœneratores etiam produxit. imò alit, & nutrit. Concludo hanc partem nostri sermonis cum eodem Philosopho Cheroneo Plutarcho, qui vt proximè dicta, ita, & quæ subdo, nos admonuit. *Habes? noli te alieno arc obstringere, cum non indigeas. non habes? ne summo mutuum, non enim es soluendo.* Quælibet enim pati præstat vel indicendo bellū ventri, quæuis viuendi ars prius est pertractanda. licet molestissima, quàm sit deueniendum ad pecunias fœneraticias,

l. e.



F 4

FA;

FAMVLITIVM.

Cap. XI.

Famuli an malum necessarium? An verè dictum tot hostes, quot serui? Ex indiligentia domini malus seruus. De etate, numero, delectu, & gubernatione seruorum. Qui habet unum seruum, habet integrum, qui duos dimidium, qui tres nullum. Pauci potiores quàm plures. Boni serui quatuor nota. Recipiendi serui conditio quomodo dignoscenda? Seruis cibus, opus, disciplina. Quae serui optima custodia? Dominorum humanitas requisita. A seruo an consilium poscendum. Infirmus an alendus? Catois rigor, & lapsus. Diuide, & impera, an bonum praeceptum?

Ratio alia cognoscendi genium serui, & fugam meditantis.

Serui qui fidi reddèdi.

Furta domestica cognoscèda. Pecunia asseruanda.

Nonatians.

Quod de hoc genere mutui in qua, & æris alieni differuitis, profecto nõ obliuiscar: tot incommoda ob oculos video constituta, si in contrarium iuero.

Tenorins.

Alia restant nec minoris faciendæ: necesse est enim te commonefaciamus de ijs, quos in tuo domestico conuictu, & famulatu alere debeas. Experieris, & deuorabis ingentes molestias in hac Aula ob seruos male moratos, & refractarios. Vnde quædam sunt aduertenda, vt hoc malum necessarium reddas leuius, (ita ego seruos appello) quibus nequimus carere, licet dominis multum negotij faecessant. Nonne legisti sepulchri antiqui vetustam, & venustam inscriptionem, in quo, qui humari voluit, eamq; iussit inscribi, fateretur mortem alacrem obiisse, quod tandem aliquando seruorum tuorum seruitute liberatus, tanquam in libertatem vindicaretur? adhuc

memoriae hæret fragmentum, in quo sita est sententia venustas.

QVO NEMO ALACRIVS MORTEM ADMISIT.

QVOD A SERVORVM SVORVM SERVITUTE

TANDEM LIBER EVADERET.

Hinc antiquiores puto dixisse, nos tot hostes habere, quot servos. Considerabant si non insidias, quas struebant, certe molestias, quas domini necesse est deuorent, & maiores, quã si ab hostibus pararentur.

Med. Finus.

Parcius ista, Tenori, nisi si velis de famulis pessimè mære. Hic in Hispania præsertim, vbi ingenui adolescentes, quibus tamen domi res est arcta, non erutescunt alijs famulari: donec liberalius vitæ genus nanciscantur, nullibi puto honestiores famulos inueniri: & quod hoc domi faciât, magis facit admirationem. Caterum innata generositas eosdem foris manet, & prosequitur. vel mendicitas ipsa altos animos non deprimit. de qua re habetis externi hominis testimo. niû. is est Ioannes Barclaus, qui in

Icone animorum. *Miraculo*, inquit, nobis fuit ex Hispania mulier vix centonibus satis tecta, tribusq; qui comitabantur liberis precarium spiritum tristi mendicitate producens, sorte in Gallorum castrum inciderat: Ex his statim vnus spectaculo motus; ego, inquit, & mulier, hoc se onere, ex parte leuabo, maiorem ex tuis liberis (& is forte ad decennium peruenerat) mihi trahe, hunc leuibus, suæque arati partibus ad seruiendum officium assuesfaciam, vbi adoleuerit, meo sumptu curaq; hoc artificij genere, quod maxime probaueris, imbuetur. At hæc mulier, nec Deus siuerit, inquit, o mi homo, quamquam pauperem me vides, ut in tantam humilitatem filium damnem qui, aut tu, aut ego sciamus, in qua fata sit genitus? an: quã n. claris virtutibus suscipiam patrie paraturus? Satius illi, si ista fata tulerim. inedia extinguis, quã ad seruitutem (sub ex. rno præcipue domi no) egregius hominibus indignam accedere. Mitius igitur de famulis domesticis. Neque enim est putandum seruorum genus tam inuisum, & formidolosum esse dominis, uti cæses. Hanc proximam parcemiam,

quam extulit *tot hostes, quot serui*, est Asinius Capito apud F. Pompeium, qui existimet hominum errore perperam fuisse pronūciatam, & verisimilius ita in initio fuisse elatam. *Quot hostes, tot serui*: quia capti, victique ad seruitutem adducebantur, vnde etiam sunt dicta mancipia. Sed quicquid sit de hac inuersione, qui eam sententiam veram indicant, eiusdem veritate, (& Catonianam appellat nonnulli eruditi) inde ostendere nituntur, quod genuinum quoddam odium seruis in domino sit insitum: quasi verò hac affectione natura ipsa imbuantur. Attamen Philosophus Romanus proverbium istud ipsū *Totidem esse hostes, quot seruos* plenū arrogantiz appellat: atque ad eundem siue auctores, siue propugnatores indignabundus conuersus, exclamat. *Non habemus illos hostes, sed facinus*. Imò alia addit dignissima, quæ omnium dominorum memoria inscribantur. Dum enim docet rationem, quam domini adhibeant, vt seruos beneuolos habeant, & amantes, nec tam seruitute

uitute subiectos, quam charitate coniunctos ait inter cetera loco laudato. *Serui sunt imò homines. serui sunt? imò contubernales. serui sunt? imò homines amici. serui sunt? imò conserui, si cogitaueris tantundem in utrosque licere fortuna. nō sine operæ pretio leges epistolam quadragesimam septimam; nec curaueris, quæ de re eadē sublegit Macrobius: nam ex Seneca est meliora suffuratus, verè omnium veterum auctorum fur, & fucus, vt eum appellant eruditissimi scriptores. Itaque est elaborandum, ne serui nostra indiligentia, & imperitia imperandi fiant deteriores: quod si contingat non tantum laudabimur, si eosdem castigemus pro meritis, quantum culpabimur si nostra incuria peccauerint. *Mauellit Dominus custodire subiectos, ne peccent, quam negligentia sua committere, vt puniat delinquentes*, est præceptio Columellæ ad villicum, quam ego dominis accomodo. *Facillimam fecisti hanc rei domesticæ partem; quam non tam* ego,*

L. Seneca ep. 47. S. de J. 1. 2. hanc epistola S. nec scripta aliq. Fran. Cicero Petrarca in. varijs Gerardo fra. tri p. mibi 1114.

Columella lib. 1. de re rust.

ego, quàm viri graues laboriosam
facentur, & curarum plenam. In-
primis de ætate famulorum, quæ
non dubitarunt? Senex ne seruus
sit, an adolescens: vir an puer.
Sic video quendam ratiocinari.
*Senes pueri imbelles, & si quid ha-
beans vitii, corrigi nequeunt: si boni sũt,
desinẽtur apud eosdem, apud quos con-
senserunt: si mali, aut inutiles, cui vsul
esse possunt? Pueri rursus imbelles, &
imperiti, lusibusque dediti. Adolescẽ-
tes importuni, procaces, petulantes,
libidinibus dediti, qui cum se ipsos re-
gere non possint, quomodo te, remque
tuam mulieres, & pueros gubernabunt?
en ad solius ætatis considerationẽ,
quot, & quanta faciunt dubitatio-
nem.*

Modestinus.

De ætate posterius, nunc res-
pondeo ad præcipuam tuæ obie-
ctionis partem. non contendo fa-
mulos, quos alimus, & administras
rei domesticæ necessarios omnibus
omnino molestijs carere. Solutio
aio multa esse huiusmodi incom-
moda, quæ leuiora reddi possunt
ab optimo æconomico.

Nonatianus.

Hoc est quod quæro: & libera-
bis fidem tuam, si tria explanaue-
ris. hoc est numerum, delectum, &
gubernationem famulorum.

Modestinus.

Partitè, & ordine, vt petis, respõ-
debo. At de numero nihil possum
certi constituere. pro claritate,
domus, & familiæ splendore, res
non cadit sub definitionem. Vnde
numerum famulorum, qui in do-
mestico famulatio sunt alendi, di-
cet in primis ipsa hominis conditio
& dignitas personæ, quam susti-
net, diuersaq; ministeria. Genera-
tim illud moneo meliùs, & dili-
gentiùs iussa dominica, & dome-
stica negotia facessere paucos ser-
uos, (imò vnum) quam plures: ma-
ximè si vnicum sit ministerium,
de qua re arrisit mihi sententia viri
doctissimi, in cuius commentarijs
hec legi. *Si quis vnum famu-
lum habet, integrum habet, qui
duos dimittitur, qui tres nullum.*
Caveat ergo dominus ne serui plu-
res sint præter necessitatem eiusdẽ
officij, se enim mutuo præpediunt

&

Card.
inpro-
uen. c.
37.

Per.
Greg.
lib. 23.
Synt.
c. 1.

& segnius operantur. alter alteri
 fidit, & cum neuter fecerit opus,
 culpam quisque reicit in socium.
 similia sunt quæ aduertit, & admo-
 nuit de eadem re auctor neque
 ignobilis. Præterea, inquit, sum mihi
 errorem esse ducas. Velle plures duobus
 tum pueris, tum adolescentibus in domo
 habere absq; æconomico prudenti, &
 fido, & acro viro. quoniam petulantia
 euadunt, & si eos verberaueris, odio
 te habebunt. Vtrumq; autem timebunt.
 Sed addit hæc, quæ magis faciunt
 in rem præsentem. Oportet hæc mu-
 nia, ubi eis opus sit, diuidere: quemad-
 modum, & natura, & ars facere solet:
 ut si quod, & quo agas. Ergo cum plu-
 res fuerint, sine pana contineri neque ſunt,
 quod singuli aliorum vitia contrahant,
 ut non solum intractabiles fiant, sed
 etiam confusio suboritur. Oportet ergo
 huiusmodi hominem adesse, & plurimos
 etiam viros. Imperfectum enim à per-
 fectio superari oportet, & ut illi subij-
 ciatur. Si enim perfectum non domine-
 tur, actio non fit, ut etiam in naturali-
 bus. Sed instar omnium sit auctori-
 tas Xenophontis, apud quem
 Socrates. Habere autem, inquit, mi-

Card.
 in Pro-
 xena. c.
 39.

Xeno-
 ph. lib
 2. me-
 mor.
 in fine

nistrum quendam non inuitum, & le-
 neuolum, & constantem, & ad agenda
 imperata idoneum: Equidem longe præ-
 stare arbitror, quam ut multos aliquis
 seruos habeat. nimirum plurimum
 confidit in bonitate, & industria
 seruorum, minimum in multitudine.
 Vegetius dixerat in milite si-
 milia. Amplius valet virtus, quam
 multitudo. A numero transeo ad
 delectum, & qualem seruum op-
 tarem tibi aperiam, vellem equi-
 dem nobis copia suppeteret eius
 monstri, cui ad similem depinxit
 domesticum, & famulum viri docti-
 ssimus: cupiebat enim seruo
 Rostrum suillum, ne scilicet esset
 fastidiosus, & delicati palati; sed
 contentus quouis cibo. Aures Asti-
 ninas, hoc est patulas, minus agre-
 ferentes domini conuicia, minusq;
 & quicquid durius loquatur. Dex-
 teram explanatam, ne furetur, sed fi-
 dus sit domino. Pedes Ceruinos, ut
 celeriter faceat iussa domnica,
 adolet ad mandata, & ea anteuertat
 interdum: cum non sit diligen-
 tis serui iussa sepe expectare. Quos
 cogero, non amauero. dicebat alius.
 Sed

lib. 3.
 c. 26.

Petr.
 Greg.
 l. c.

C. Siro-
 dorus.

Sed interrogabis pucros ne, an
 prouectiores famulos habere oportet? primos præfert Cardanus loco laudato, & ait, sunt enim in omnibus (præter quam grauibus) ministerijs, uiris meliores. quia magis assidui, prompti, diligentes, obediens, mundi, minoris sumptus, & uerberari possunt. Quia in re fusior fuerat, dixeratque. Et scias quòd puerorũ seruilius, est melius, minus, & uerberibus conuenit eos nummas, & inimicorum occultorum suspitione laborans, & sunt magis assidui, maxime in assistendo, & scribendo. Nec profus inutilia mihi videntur, quæ idem alibi præcipit obseruanda, prius quam inter domesticos famulos aliquos adsciscamus. inspicere enim oportet, cui antea seruerint: & ex natura domini possumus ominari eorum indolentiam: maxime si non breue tempus in boni, & prudentis senis, & industrii uiri famulatio dixerint. Vnde hæc aduertit. Eligere autem (seruos) præstat eos, qui diu cum domino eodem gnaro, prudenti moroso, præsertimque senemanserint. Adhæc notas quasdam physiognomicas indicat, ad dignoscendum

Ca. 11.
 P. 118.
 acta.

Ibid.
 c. 37.

dum famuli ingenium. Qui paruo sunt capite, inquit, improbi pierumque sunt, aut stulti, aut grauioribus uitijs implicantur. Strabo autem valde seruus mali: & gibbosi, hi quoque, scæui, & claudi inepti. Prolixior est alia ratio (ad cognoscendum seruum, quem recipere uelis, bonus ne, an malus sit futurus) quam præcipit, nec omnino futilis, nisi admisceretur paululum simulationis. Quum famulum, sunt etiam eiusdem uel bæ in domum recipere uis, fac ut aliquis tuorum uel oeconomus te laudet tanquam probum, & qui, quod pollicetur, absque dilatione persoluat. sed subijciat, uitam exigere admodum parcam, ut uix uiuere possint. Sfrugi est, respondebit, statim aut non curare. aut si uiuunt alij, & ego uiuam. si luro simplex sit, uenire recusabit; si improbus, cogitabit. inde recipiet conuentionem. At tu si sapias interposito serupo illum ne admittas. Dolum enim meditatur aduersus continentiam tuam, ex quo domum uniuersam subuertet. hætenus ille. Neque etiam censeamus ridiculum aliud iudicium, quod ad eandem rem perspiciendam dar
 idem

idem auctor in hæc verba, *seruum improbum*, ait, *ex ignis tentatione dignosces. ineptus in accendendo stupidus (erit) tardus, lentus, & ignauus in negotijs. si desert ignem post, (non autem ante se) nulli operi aptus est: si dominis absentibus, aut non iubentibus, nequitiæ neque alias multa ligna imponit, ipsum statim abdicat: deterior enim ebrioso est. Refecabimus ex ijs nonnulla: friuola aliqua apparebunt, sed non pauca accedunt ad veritatem, & non sunt prorsus negligenda. Alia eiusdem cautela obliuioni non est tradenda. Præstat, & neminem absque certa fideiussione in domû admittite e. neminem excipit, & cautionem luculentam desiderat.*

Tertium restat explicandum; quæ nam gubernationis ratio sit tenenda cum famulis domesticis. Marcus Crassus cum seruos plurimos haberet, ijs omnibus erudendis ipse præerat. *quod Domino maxime conuenire arbitraretur seruatorum curam, qui rei domesticæ animata instrumenta essent. Dicebat enim à seruis reliqua, sed seruos à dominis gubernari debere.* In primis

P'uar.
in eius
vita.

tria illa dominos admonitos vel in, quæ scilicet seruis sunt præstanda. *Cibus, opus, & castigatio. Panis, & disciplina est opus seruo*, ait Syracides. Si iure vis exigere à famulis opus, quod debent, illos diurno dimisso ne fraudaueris. quid enim boni præstet ieiunus venter, qui sententia Catonis pro acerrimo hoste tunc est habendus. Quod si factur, & benè curatus opus præstare negligat, tunc succedet animaduersio. Et quamuis famuli non sint continenter laboribus exercendi, nulla concessa requiete (si enim displicuit Cato, qui *mulis, equis, asinis nullas esse serias dixit; humanioribus neque placeat, qui seruis nullas serias concesserit*) non tamen ampla facultas otiaandi est concedenda. quod qui commiserit non modo vegetiores famulos ad repetenda consueta munia non expectetur, verum tardiores, & pigriores factos longa otij intercapedine offendet. Otium est, quod famulos frequenter transuersos agit. hinc per Urbis compita deambulationes, & ludi parum honesti inde ad iur-

Ecol.

3.

iurgia descendunt. Vnde quoad fieri potest negotio aliquo occupentur, distineantur: ita illos in officio continebis. Nulli est maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. est animaduersio Columellæ diligentis œconomici. *Exercitus labore proficit, otio confenescit.* ait Vegetius in bellicis præceptis. Interdum etiam cedat dominus de grauitate, & famulos frugales, industrios, qui suo muneri respondent, comiter appellet. imitetur auctore modo laudatum, qui (ita de se ipse prodit) Memne hoc seruabat, *ut rusticos etiam qui se non incommodè gessissent, sæpiùs quam Urbianos sam Larusque alloqueretur, qui etiam cum comitate domini leuavi perpetuum eorum laborem intelligeret, non nunquam etiam iocaretur, & plus ipsi iocari permitteret.* Thomas Morus vir senatorius, & optimus paterfamilias in Epistola Vtopiæ præfixa, dum queritur nihil sibi, hoc est literis, superesse; dissentio scilicet tam publicis, quam priuatis negotijs his prudenter se excusat. *Nempe reuereò domum cum uxore sua-*

Colu-
mella
lib. 1.
de re
rustic.
8.
Lib. 3.
c. 26.

*bulandum est, garrendum cum liberis, colloquendum cum ministris. Quæ ego omnia inter negotia numero, quando fieri necesse est. Necesse est autem, nisi velis domi tuæ esse peregrinus, & danda omnino opera est vi, quos vita tua comites, aut natura prouidit, aut fecit casus, aut ipse delegisti, his vi te quam incundissimum compares; modo vine comitate corrumpas, aut indulgentia ex ministris dominos reddas. Quæ propter pro famulorum ingenio hæc seruanda. reperuntur enim nonnulli, quos domini comitas, & nimia familiaritas fatuos efficit. Vnde immoderata consuetudo cum seruis est fugienda, erga quos sit dominus humanus, blandè sæpiùs cõpeller. Sed exprimat hincynthum, de quo rerum naturalium scientissimus ait. *Primo quoque aspectu gratus, euanciscit antequam satiet.* Nescio an alicui Plato subrusticus apparuerit, qui præcepit omnem ad seruos allocutionem coniunctam semper ire oportere cum aliquo imperio.*

Plinio

Sunt etiam boni Patres familias, qui quasi consilio egentés à seruis illud

Columell.
e.

illud nõ rarò pofcant, nec finè fru-
ctu, iam illud fepè facio, inquit, Co-
lumella, vt quafi cum (feruis) peri-
tioribus de aliquibus operibus nouis de-
liberem, & per hoc cognofcam cuiusq;
ingenium, quale fit prudens. Præter
hoc lucrum, aliud reportabat vir
fagaciffimus. Tum etiam fubdit, lu-
benius eos id opus aggredi video, de
quo fecum deliberatum eft, & confilio
ipforum fufceptum putant. Rem enim
cuius, quifq; eft, aut fibi videtur,
auctor tanquam opus proprium
libèriffimè aggreditur, nec nifi ea
ad fatigium perducta a labore
ceffat. Paterfamilias amat feruos non
folùm fanos, & valentes, fed caret
etiam ægros: quos ftabijciat, vel
omnino negligat, reputatur indi-
gnus, cui feruiant bruta, nedum
homo rationis particeps. Ciuilis eft
hæc præceptio, & fapit charitatem
Chriftianã: qua cum caruiffet pa-
ter œconomicorum Cato fæde eft
lâpſus in hac re. Curauit enim ne
feruos nec molles, nec formoſos,
emeret, fed valentes, & operoſos:
hoc honeſtè factum cum vtilitate
fuit coniunctũ, illud parũ benigne
fecit

Plat.
in eius
vita, &
in cõ-
paratio
ne.

fecit, vt ijdem ferui cum confe-
nuiffent, & labori non effent am-
plius apti, venundarentur: ne ſci-
licet aleret inutiles, & aliquid ex
pretio corrogaret, ob quam rem
fubijt cenſuram Plutarchi, qui à
Catone inhumaniter hoc eſſe fa-
ctum, & cum pauca, aut nulla
domesticorum charitate iure aſſe-
uerat. Imò longius progreditur in
Catone fuggillando, non ſolum
enim erga hominem feruum, fed
erga beſtias ſenio confectas hanc
benignitatem laudat, & deſide-
rat in homine, qui eas poſſedit, &
bene vſus eſt. adducit exemplum
Athenienſium, quorum populus
libertate donauit, & dimiſit libe-
ras paſcere mulas, quas in ædifi-
catione quadam notauit valenter
laboraſſe. quarum vnã deinde
ferunt vltro ad opera deſcèd ſe,
vnaque cum iumentis, quæ in ar-
cè trahebant plauſtra, cucurriſſe,
& præiſſe tanquam adhortantem
ea, & excitantem, cui proinde
vſque ad mortem alimenta de
publico ſunt decreta. Sed fuſior,
& luculentior eſt is auctor contra

G

Ca-

Plutar
in vita
Cato-
nis p.
339.
quem
V. ma-
ximè
probru-
tis.
Dio.
Cassi?
lib. 6.
Hist.
Rom.
Id do-
cet Spe-
cul. tit.
de lo-
cation.
§ post
quam
iã ple-
ne nu.
20.
Mar-
Ant.
Varr.
resol.
lib. 1.
resol.
92. n.
7. Ho-
mobo
de sta-
tu par
2. c. 23
G: nu.
encl. in
praxi
c. 47. n

Catonem, & in eiusdem vita alia adducens, & dans exempla. Quid quod Romæ secuta est deinde lex Claudiana, qua cauebatur, vt si domini ægrosos seruos domo extruderent, sanati, liberi euaderent. Nec desuere Theologi, & Iurisconsulti ex nostris, qui docuerunt famulo licet infirmo stipendia adhuc deberi: quam sententiam, tametsi alij, & plures non probent; non tamen eunt inficias debitum hoc si non ex debito iustitiæ, prouenire certè ex alio charitatis Christianæ; quoties famulus patitur extrema. Atque hæc hæctenus de ijs quæ petijtis licet quædam omnittam, ne sim prolixior.

Tenorius

Præceptum illud politicum, *Diuide, & impera*, nõ ne cum fructu in gubernanda familia seruares? bonum ne serere discordias inter seruos familiares, vt cuncta possis expiscari?

Modestinus.

Non censeo bonum patremfamilias, qui nesciret alia arte suos in officio continere, nisi turbas inter

do-

domesticos excitando. Imò si analogicè hoc præceptum è re, & gubernatione publica ad priuatam deriuemus, planè illud cum suo autore ab omnium quibus est eliminandum, quemadmodum ab vrbibus exterminant politico Christiani.

Tenorius.

Luculenta, nec pauca habuisti, quæ, proferres in medium de numero, delectu, & gubernatione familiarium seruorum. Sed consulto, opinor, ne te prolixitatis argueremus, vt es præfatus, præterijsti cautelas, quas cum alijs à te supra adductis, legi ego in libello Cardani, quem laudasti: & pertinent ad receptum qualem qualè seruum, vt experiamur bonus ne sit, an secus. *fac*, sunt verba ipsissima auctoris, vt aliquis domesticorum aliquod eius malefactum obseruet, clanculum deserat ad te. Tu verò vocabis illum, & reprehendes iuxta facti magnitudinem. Si fatetur, & inde miratur ei, qui illum accusauit, prauus est: eum amanda, quanta uis que & iure præditus sit: Est enim furiosus, & do-

5. &
quos
addu-
cunt
Mone-
ta de
distrib.
p.
2. q. 6.
Nauar
de rest
lib. 2.
c. 2. nu.
213.
sed ne.
got. Ca-
uar. lib
3. va-
riar. c.
17. r.
8. Mo-
lin.
dispu.
492. n.
3. Me-
galain
2. 2. li.
2. c. 8.
q. 1. r.
16. Flo-
res de
Mena
lib. 1.
variar
q. 8. §.
2. n. 17
laimã
lib. 5.
tract.
5. c. 3.
nu. 7.

G 2

me-

Barbo in col-
lecta-
neis
so. 1.
lib. 3.
tit. 6 c
1. n. 5.
qui ad
ducit
Gut-
tier, &
alios
aduer-
ſ. Azo-
riam
v. Regi-
mald.
Fi Luc.
Rebel.
Syluc.
ſr. An-
gel. Ta-
biolo.
Valer.
apud
D. an-
refol.
86. de
cōtrac-
tibus
Card.
in pro-
xoa. c.
37.

*ſteticos omnes corrumpet. Quod ſi
querit delatorem, aut conſulit, ut ta-
ceant, nec domino reuelanda, qua
ſunt, docet, nequiſſimus eſt. Sed ſi ne-
gat, & querit quis dixerit, peſſimus eſt
hic, ſed timidus: emitte ſtatim. Si ve-
rò negat, nec ultra, malus eſt, & timi-
dus, reuerſi poteſt. Rarò enim bonum
inuener. Quæ conſuſio eſt veri-
ſima: nam boni ſerui ſunt rari:
vnde optandi ſunt, non ſperandi
numeris omnibus perfecti. Seruū
etiam, qui fugam, ſeu furtum me-
ditetur, deprehendi poſſe nò di-
fidit. Sunt enim, inquit, antea cogi-
tabundi, & ſua condunt, & verba ali-
qua cum magis familiaribus effuſire
conſueverunt. Vbi de hoc ſuſpicaueris,
interpone proxenſam, qui obſeruet ex
quibus magis fidit, (nam fugam nun-
quam vult eſſe duxeris) qui odiſſe
te ſimulando eum hortetur ad fugam,
ac ſe comitem addat. Deprehenum, &c.
Modestinus.*

Superſede ab his recitandis:
multus eſt in ijs Cardanus: & mul-
ta, quæ non exciderant, nolui recē-
ſere, quia viſa ſunt (vt hoc poſtre-
mum) dicta parum candidè, qui
vult

vult illa legat in Proxeneta: ſed
cum delectu, & multa amputet.
Illud ego nolim præterire, quia
optimū eſt viſum: curet dominus,
vt quilibet ſeruorum ſe fidiffimū
illi putet, quod Pater familias aſſe-
quetur; ſi ſingulis ſeorſum mini-
ſteria diſtinguat, ſecretumque
aliquod communicauerit. Quod
tamen cautè fiat: nec ſecretum ſit
tale, quo ſeruus, tanquam franco
vtatur ad dominum circumducē-
dum: ſunt enim & ſeruis, ſagaces
non raro, qui vt Satyricus anno-
tabat.

*Scire voluit ſecreta domus, atq; inde
timeri.*

Ridiculum mihi videtur reme-
dium, quod idem homo excogita-
uit ad furta domestica deprehen-
denda. Primum tentabis, inquit, iu-
ramento terribili, vt intra annum, qui
peierauerit, pereat. Tum ſupra pectus,
ſigno poſito, dum ſentim alienas, cordis
palpitationem cognoſcis in conſilio. &
alia ſubdit hic non referenda, quia
vel proluxa, vel friuola.

Tenorius.

Non talis mihi viſa eſt ratio pe-
cuniarum.

cumæ afferuandæ, ne domesticorū rapinis pateat; certè non est præceptio inutilis, nec semel contigit vel à famulis, quos putabas fidissimos, pecuniam præuerti memineris ait ille, cum solus es, seu alienigenarum familiam habeas, semper una clauæ aperta alias concludere, imitatus carceris custodes. Ita etiam solus ihefuiros tuos tractabis, & occultè, ne dñi nemine presente. Et bonum sit habere geminata ostia, ne exaudiri strepitus nummorum possit. Nec confidas, quod pauca habeas. Nam multi existimabūt multa esse: & quibusdam pauca satis esse videntur. Vnde plures videas spoliari mulierculas, & penè mendicos iacere iugulatos in via, quam diuites. hætenus ille.

Modesinus.

Loculos (vt auguror non falsus vates) benè habes repletos. qui hæc memoriter, & vno tenore recitasti: non potes ijs non vt præceptionibus quotidie, & ad cauèdas argenti rapinas. Cauèamus seruos qui laborant argentagina, in tuam sententiam discedo.

Nonatianus.

Ego in itinere sacculum mihi parauì oblongum; in quem nummos aureos, quos habui pro viatico, conieci, eo que subinctus, altum dormiebam. Atque hanc cautelam Iurisconsulti mihi dedere; nam obseruaui, in Vlpiano crumenam non ab similem, & in eundem vsum apud antiquos. quam quia esset sacculi genus sub ventre appensum, ventrale appellarunt, & fuisse diuersum à Zona disertis verbis idem Iurisconsultus explanauit. Nec si Zonam, loquitur de bonis damnatorū, circa se habuerit, protinus aliquis sibi vendicare debet, sed vestes, quas is fuerit indutus, aut nummulos in ventralem, quos victus sui causa in promptu habuerit. Malè legunt aliqui *vetralem*, & licet alij pro tegumento ventris exponant, Adrianus tamen Imperator pro crumena etiam vsurpauit. Nummulos, inquit, in *ventrale*, quo loco etiam nonnulli codices malè habent *vetralem*. Sed pecuniæ etiam custodiam, quàm accurata esse deberet, præci Latini mihi visi sunt

L. 6. ff.
de bonis
dñi
nat.

benè denotasse : qui crumenam
fundam dixere, & profundum, quasi
vero in occultissimas partes sit co-
nijienda. Demissa in fundum (ait
Macrobius vt habent libri veteres)
paupere m. nu paucos denarios protulit
Et Caper grammaticus in profun-
dum summi, vel in arcam conduntur.
Tenorius.

Hæc sunt, quæ ex litteris, & an-
tiquitate referre debemus : ne
imitemur Criticæ nos malè sanos,
qui in disputationibus, & varijs
lectionibus toti sunt, quibus etiam
dum stertunt in tenebrosa nocte
huius, vel illius antiquissimi codi-
cis, obrepunt tot somnia, quot nõ
ægris, logi logi sunt ea omnia; ina-
nia non solida.



Cap. XII.

Ex pulchritudine adium dignitas Do-
mini. Domus quam cæli plagam respi-
ciat? Quæ adseruanda in qualibet parte
De stabulo, cur debet esse obuium Do-
mino. Coquina, cella promptuariorum
Superior, an inferior pars domus
habitanda, locus, & laus Bi-
bliotheca. Mediocritas
in comparandis
libris, & sus.

Novatianus.

Sed heus obliti estis, quod in-
primis me monitum volebam:
bene nostis mihi initio domum
conducendam, quam curam ego
neglexi; ad eò lautè, & magnificè
in domo tua me excepisti. Tu
Modestine, verus huius Aulæ in-
quilinus, quid præcipis de situ,
constitutione, amplitudine, &
alijs, quæ pertinent ad optimam
domum, & vt melius quoque cel-

Ies, non est hæc cura negligenda ; cum pulchritudo ædium augeat viri dignitatem ex sensu disertissimi Oratoris . Vnde verissima illa sunt alterius auctoris : Prima fronte talis dominus esse creditur , quale eius habitaculum cõprobatur . atque infert magna voluptas est prudentissimæ mentis pulcherrima iugiter habitatione gaudere .

Modestinus.

De domo, & eius partibus ambigo, quæ monita tibi suggeram : Aristotelis ne, an Xenophontis: hic enim ad commoditatem, ille ad sanitatē potius videtur respexisse. *Ædes*, ait Stagiritēs, in Politicis, ad incolumitatē eorum, quæ ponuntur constituendæ veluti frumenti, vestiumque, & instrumenti. Ad orientem, & septentrionem constitutio salubrior, & ad conservandum magis idonea. Sed ferè diuersa Xenophon (quod attinet ad cœli plagas) curandum est, inquit, ut loca hominum habitationi destinata per æstatem sint frigida, per hyemem calida. Adeoque domum uniuersam meridiem versus apertam. de quo obscurum esse nō possit

bye-

ca.
lib. 7.
p. 5.

Arist.
lib. 7.
Polit.
c. 11.
Xenoph.
ph. lib.
5. me-
morab.
Leg.
Vittu-
tium.
lib. 8.
Agric.

hyeme illam sat habere solis, æstate umbrarum. Quod vero pertinet ad partes, in quibus res domesticæ asseruetur, hæc subdidit. Penetrabilia loco sita munto vestes stragulas, vasaque maximi pretij sibi deposcunt. quæ frigida vinum: quæ plena lucis opera, & vasa maxime lumen requirunt. hactenus Xenophon in oeconomico siuè de administratione rei domesticæ, qui liber est quintus: memorabilem. Sed præ cæteris mihi summe placuit, quod in libro de re equestri, & de stabulo considerat. Commodum enim putat ea parte domus esse stabulum, vbi dominus equum creberrimè conspiciat. Commodum, ait, sic equile costrui, ut non magis equi pabulum à præsepi, quam domini cibus à penu subtrahi furto possit. Quæ quidem in re, subdit, qui negligens est se ipsum negligere videtur. Nam perspicuum est dominum in periculis equo corpus suum tradere. Rationem præterea duplicem assignat, cur velit equile domino obuium; & quod sepius inuisat. Nec tantum, ait, hanc commoditatem habet equile munum,

Xenophon.
lib. de
re eque
stri.

ne pabulū furto subtrahatur, sed etiam
ut constet, quando pabulum equus ē
præsepi non egerat. Id verò si quis
sensat, intelligat licet et eos eius ad
n. uscam vsq; humoris abundans reme-
dy alicuius indigeat, vel lassum corpus
quiete reficiendum. vel hordei fastidiū,
vel alium quemdam languorem obre-
pere. Laudatur etiam stabulum,
quod nō sit aura frigidiori exposi-
tum, præstat enim esse calidum.
Aduertit hoc Cardanus, & dat
huius præcepti hanc rationem.

Card.
in Pro-
xenia
9.33.

Equi, & boues, sunt eius verba, ca-
lido præsipti gaudent, quoniam quod
exerceri debet multum aut impinguari,
calido loco indiget, nō frigido. Curā di
sunt etiam equi in primis frigidi:
cuius vsus nunquam est nimis:
quo magis pinguescunt, quam ci-
bo: sint exēplo equi, qui in stabulo
diū morantur: nō enim est hordeū,
& palea, quæ illos pingues reddit,
sed vsus frigidus non lentus, &
quotidianus: qui vicem subit exer-
citationis: hoc exemplo vtuntur
Medici ad probandum fricationes
conducere ad sanitatem, adiu-
uant enim concoctionem exci-

Gale-
rus.

tan-

OECONOMICA. 157
tantes spiritus, & calorem.

Tenorius.

Sed nollem ego neglectum;
quod neglexit Xenophon, bene
ille prospexit equis, vt rerulisti, sed
nihil prouidit dominis. Debuerat,
vt me explicem, eodem modo si-
ta esset coquina in ea parte domus,
ad quam paterfamilias ire posset,
quando vellet: maximè si absint
ē domo matresfamilias, vt in om-
nium nostra, qui sumus in sacro
coelibatu, se cisset hoc præceptum
ad duo non contemnenda: ad ci-
borum, inquam, integritatem, &
ad munditiem. Quid vetat ancillæ
coquinariæ, si sola sedeat in coqui-
na tanquam arbitra, & domina,
ius, quod velit sibi dicere in ius,
cuius proinde duas minutas stellu-
las nequeas sēp̄iūs in vasculo, vel
astrolabio deprehendere, nec si in-
feras tubulos illos, quos nouus
Mathematicus adinuenit ad discer-
nenda longè posita: spurcities ab
escis elimināda nō fugatur, nisi me-
tu domini præsentis, vel aduenturi.

Moistus.

Nec Argus ipse si velit, & in-

eo-

coquina vigilet noctu diuque, hæc
 sce rapinas vel coqui, vel ancillæ
 prohibuerit: non tam abundant lignis,
 ad ignem quàm virgulis illis
 Mercurij, quibus soporem immit-
 tant, vel vigilantissimo, nec est è
 dignitate domini tanquam clau-
 dum futorem in coquina desiderere:
 conclamata hæc res est: nisi offen-
 das probam, & mundam ancillã,
 mi Tenori, hæc tua diligentia nec
 hilum profeceris, detrahunt sibi
 Herculaneam partem, hoc est de-
 cimam. Prætereo quando alia
 volunt dominis os sublinere, atq;
 in escis pro hoc aliud obtrudere.
 ad hos labores. Nouatianæ, euoca-
 ris, macte animo. Sed ad feria, Te-
 nori, & aduerte animum ad hæc,
 quæ dicam de cella promptuaria,
 & non mea sunt, sed viri sanctissi-
 mi, & prudentissimi S. Caroli
 Borromei. Subijciam locum inte-
 grum, vnde ea sum mutuatus.
*Promptuarium, inquit, extruatur loco
 semoto: opere rectorio gypstatone. Vndi-
 que de se ita ut muribus, foricibusque
 omnis foratus penitus seclusus sit. Pro-
 uidit S. Præsul ne mures in cella*

penaria grauentur, qui omnia ro-
 dunt, & corrumpunt. Subdit præ-
 terea. *Habeat cassas, cistas, fiscinas,
 & vasa quæque repositoria suis locis di-
 stincta.* pro custodia verò hæc alia
 habet. *Clauis nuduplici sera, clauoque,
 diuerso opere confectis.* Nota caute-
 las in coenobio virginum Deo di-
 catarum, quid non cauendum in
 domo profana, & hominis privati,
 in qua serui, & ancillæ, & vilissi-
 ma capita diuersantur?

Nouatianus.

Sed quam habitationem censes
 magis opportunam, & accomoda-
 tam superiorem, an inferiorem
 partem domus.

Modestinus.

Hac in re dissentere Græci, &
 Romani. Aedificia Romæ fieri,
 initio vnius tantum contignationis,
 dum licuit per Urbis laxitatem,
 aucto deinde mirum in modum
 Populo Romano necesse fuit Su-
 periores contignationes adijcere.
 Vnde ad ædificiorum altitudines
 & ædium magnificentiam deue-
 nere. porrò superiora ædium, ad
 quæ scalis ascendebatur cœnaculū

di-

In-
 stru-
 tion-
 b' mo-
 nialiū

Vitru-
 u' lib.
 6. Ar-
 chitet.

dixere: eamq; partē ædificij loca-
uere inquitinis, qui domū sibi con-
ducebāt. ipsi verò domini inferio-
ra receperē. Hinc *cœnaculariā exer-*
cere. is dicebatur, q̄ huiusmodi ne-
gotiū ageret, & locare consueffet
cœnacula domorum. hinc etiam
cœnacularius dictus, qui in cœ-
naculo habitabat, quod compre-
hēdebat, vt dixi superiorem
ædium partem. Nota sunt hæc
vobis, qui Iuriconsultis operam
dedistis. Verūm Græci contrariū
in more positum habuere, nam su-
periora domūs, & alta penetralia
sibi recipiebant, ad inferiora autē
vestibula, & sub porticu, Home-
ro teste, hospites excipiebāt. vtraq;
natio ad diuersa respexit. Romana
commoditatem, Græca salubritatē
attendit. Qui potest assequi
vtrumque melius fecerit. Vnde
elige domum vel angustam, quæ
tamen præter tuam familiam alios
non includat inquitinos, itaque
alia incommoda vitabis, quæ dicit
ipsa dies, si secus feceris.

Novatianus.

Quem bibliothecæ locum assi-
gna-

gnabis Modestine? hoc à te exqui-
ro; quia libros comparare destina-
ui animo, quos vitæ Aulicæ fidos
mihi amicos fore spero; eiusdemq;
tædio me leuabunt. Quid sentis de
hoc consilio & de copia? quantam
censes opportunam?

Modestinus.

Non possum non magnopere
laudare tuum consilium, facies
quod Chrysostomus hortatur. *Pu-*
rate vobis, inquit, *libros medicamēta*
antimæ. Quibus verbis eximium
fructum nobis indicat, dū biblio-
thecam esse officinam medicam si-
gnificat; vnde elegmata petantur,
quibus seruetur, & concilietur ani-
mi valetudo, breuibus dicam, si
tibi illam instrues, supellectilem
dignam, & honestam sacro ho-
mine habebis, de quo studio, quæ
laudandū sit, alij scripsere. Quod
spectat ad locum eum elige, qui
prospiciat orientem solem. acies
enim oculorum matutinum lumen
postulat. Nam si ad meridiem, vel
occidentem spectet, venti, qui lo-
cum perflāt humido calore libro-
rum volumina corrumpunt, ti-
neas-

Chry-
stom.
9. in 1.
3. col.
p. 1378

Chre-
sel. lib.
4. de
insit.
Reip.

! Alex.
ab Ale.
1. 3. 1. c.
4. l. si
verò 9
sed &
si quis
f. de
his qui
de i. c.
vel ef-
fud. 1.
solus
est 9
solus
f. de
pigno-
rat ac-
tio.

neaque procreant, à quibus libri exedūtur. Poliantur parietes opere tectorio; adornenturque viridi colore. viridia enim omnia oculis profunt, acremq; visum etiā reddunt. Ne metuas videri elegantior in hac re. Nam bibliothecæ plurima, & diuersa admittunt ornamenta, Sigilla, Tabulas, Hermetes. Quod attinet ad librorum numerum, & genus dederò consilium Philosophi Romani. Is enim in hoc studio pro dignitate, conditione, & professione hominis, præcepit mediocritatem. Nò grauior illius verba succi plena hic referre. Cum enim librorum impensam appellasset primùm liberalissimam, addidit deinde cautionem, modumq; imposuit. *Studiorum quoq; ait, quæ liberalissima impensa est, tandiū rationem habuero, quandiū modum. Quid mihi innumerabiles libros, & bibliothecas; quarum dominus vix tota vita sua indices perlegit? Sed animis mentibusque mādare eiusdem, & de eadem re sententias non paucas, & torno elaboratas. Onerat discitem turba, non instruit*

L. Seneca
lib. de
tran-
quill.
4. 9.

struit. multoq; satius est paucis te auditoribus tradere, quam errare per multos. Repetit eandem monitionem. non refert quas multos, sed quam bonos libros habeas, lectio certa prodest, varia delectat. Si hæc præcepta multi sequerentur, magna librorum sarcina se exonerarent.

Sen.
epist.
45. &
legēda
42.

Nonianus.

Sed bibliotheca varia librorum supellestite, vel in speciem instructa, & ornata conciliat certè opinionem docti, ac sapientis.

Modestinus.

Apud me, & apud doctos homo iste nihil est famæ, & nominis adeptus: Anverò musicus apparatus, & omne huiusmodi instrumentum, musicæ imperitum fecit vnam Cytharædum? Non legisti opinor lepidum epigramma Ausonij, de eo qui emptis libris se venditabat sapientem, hac quam attuli, comparatione ridet hominem.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est.

Ausonius.

Doctum, & grammaticum te, Philomuse putas.

Hoc

Hoc genere, & plectrū, & chordas;
& barbita conde.

Mercator hodie, cras cytharedus
eris.

Novatianus.

At libri si non alium usum, eum
certè præbent, quem multa do-
mus ornamenta. magis mihi arri-
dent plutei elegantes, & locula-
menta in quibus libri sint suo or-
dine dispositi, & frontes habeant
perpolitas, gerantque vel minio,
vel auro variegatas, cæteraque ni-
tide ostendant, quàm nescio qui
armarij è ligno hebeno, & ebore
distincti, vel è cortice Indicæ te-
rudinis confecti, & argenteis,
æreisque venulis vermiculato ope-
re dissecti. Nec tanti faciam locu-
los, & capsulas, arculas, & scri-
niola aduecta ex regione Syনার-
quæ ex nescio quo bitumine con-
fecta ad instar speculi splendent, &
nitore suo oculis, læuitate etiam
manibus cum æquali maiestate
blandiuntur, ut taceam aureos
flosculos, auiculas, & alias oculo-
rum delicias in iisdem adijci, &
pingi solitas. hæc omnia mihi for-
dent

dent præ eleganti bibliotheca.
Modestinus.

Non illaudo hoc studium ornâ-
di bibliothecæ, sed coniunctum,
sit cum studio ipso legendi, qui
usus nisi consequatur, eorundem
dominus, præter nomen elegantis
(ne dicam sumptuosi,) & vrbani
alii honorificentius à me non
impetrabit, & adhuc tantisper do-
lebo vicem librorum, qui seruo-
rum in morem tanquam in erga-
stulis continentur. aurea sit catena,
an ferrea parum interest. Sunt ho-
mines, qui libros obtentos pelli-
bus, & pumice lævigatos, titulos
minio, aut cocco illuminatos ha-
bere gestiant. Est etiam qui
amico ostentat bene compactum
& eleganti tegumento contectum
librum.

De primo dabit, alteroue nido

Kasum pumice, purpuraq; culti.

Quem morem libros comparâ-
di, & in hunc usum nescio agno-
scat, an reprehendat. L. Seneca
ante laudatus videbat enim suo
tempore libros à plerisque non in-
studium, ut ait, Sed in spectaculum

Maria
lis.

L. Sen-
eca.

comparari: in eadem domo virorū illustrium monumenta non asseruari, tanquam studiorum instrumenta, sed coenationum ornamenta. Stomachum illi mouet, vt sine ambage loquar tale studiū, sed deprauatū. Vnde concludit cum indignatione. *Paretur librorū quantū satis sit, nihil in apparatus.* Respondet etiam se se excusanti. *Honestius, inquis, in has impensas, quam in Corinthiis, pictasque tabulis effuderim.* Perstat Seneca in proposita reprehensione: atque, *vitiosum est ubiq; quod nimium est.* Sed elegantius prosequitur. *Quid est cur ignoscas homini armarium cedro, atque ebore aptanti, opera conqurenti, aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, & inter tot librorum millia oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent tituliq;? Apud desidiosissimos ergo videbis quicquid orationum, historiarumque est, & lectiuenus extructa locum in eā. Iam enim inter balnearia, & Thermas bibliotheca quoque, vt necessarium domus ornamentum exponitur. ignoscerem planē si ē studiorū nimia cupiditate oriretur nunc ista*

exquisita, & cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum in speciem, & cultum parietum comparatur. Nihil potuit dici doctius, & elegantius. Licet sit alia hominum classis, qui librorum argumentum non ignorent, et quæ est huius temporis conditio, vt peritiores videantur codices proferant, quàm emendatos, non corruptos, variates lectiones, coniecturas, animaduersiones, et differant de alijs Criticorum somnijs. huic libro etiam, inquit, index est copiosus, illi triplex: nec non de typis gloriantur, papyrum laudant. in summa apparent librorum potius mercatores, quàm studiorum sectatores. Vnde tibi suadeo vt libros tibi compares necessarios, in vsum, non in speciem.

Novatianus.

Arripiam tuum consilium. Sed hoc præcepto malè meruisti de bibliopolis, & bibliopegis. isti suas operas non haberent cui locarent, illi suas merces difficilè extruderent, nisi morbus coaceruandi libros, eisdemque æstimandi

mandi non bonitate sed numero
multos inuasisset. Sed pergamus
ad alia oeconomica: & è diuerticulo
redeamus in viam.

Modestinus.

Imò benè merui, si recolas, que
præcepi superius.



CV-

CVSTODIA DOMVS, ET
CVRA REI DO-
MESTICÆ.

Cap. X I I I.

*Serui Atriarij, & Atrienses. Canis
an custos mutus Custodia rerum. Mos
signandi omnia anulo. Signatum vinũ.
lagenæ vacuæ obsignatæ. Claves dili-
genter custodiendæ. Error ridiculus*

*Lacydis Ph. Iosophi. Claves an ser-
uent Viri illustres. D. Augu-*

stini: Albici Pragensis,

*Gausfridi Carnuten-
sis Viriæ fac-
ta.*

Modestinus.

CVSTODIA domus, Nouatiane,
non est negligenda in ma-
gnis Urbibus potissimum gra-
fantur fures, in magno populo
multi lauerniones obambulant
noctu, & interdium. Habuere vete-
res Romani, vt scis, ad ædium
custodiam seruos. *Atrienses: Serui*

H

ad

ad limina vocat A puleius. Et custodes ad limina ab alijs sūt dicti: legimus etiam extitisse in eorumdem ædibus senues *Atriarios*: licet eruditi, & qui hæc vestigant diligentius, primos, hoc est, Atrioses, honestiores, & lautiores fuisse asserant: solum enim curabant, ne quid ex imaginibus, stemmatibus, & cæteris atrij ornamentis deperiret: atrium ipsum, vt omni ex parte mundum esset, & nitidum curabant. Atriarij verò veluti eorum vicarij ad atrium tanquam ad ostium eius obseruandi gratia stabant: quique illud tergebant, verrebant, spargebant. Sed seruos Ostiarios ostij custodes fuisse, ad quod more antiquo catenis erant religati, vacat controuersia. Verùm homines tenues, qui ad hoc ministerium hominem alere nõ poterant, vel pauca habebant, quæ custodirent, canes substituere quos *custodes mutos*, licet immeritò appellarunt, quo enim clamore non obstrepit vicinia: cum furem produnt, & ne accedat ad ædes latagunt? Vnde Columella.

Nunc

Nunc, ait, vt exordio priore sum pollicitus de mutis custodibus loquar: quãquam canis falso dicitur mutus custos. Porro apud Romanos non modò rustici, Urbani etiam homines canum custodia utebantur, tanquã fidissimi, & vigilantis animalis (de quo multa extant exempla) ad fores enim vel seruũ hostiarũ, vel canem catenarium habuere, vel vtrumque. Romanorum vsum multi annotarunt: & notissima est inscriptio illa præ foribus. *Cane, cane canem*. viguisse eundem morem apud Græcos ex Eufathio, Aristophane, Antipatro, Antiphane, & Plutarcho primus prodit, vt ipse testatur, qui in Theophrasti characteres librum comentarium conscripsit: & in character de Rusticitate, quo loco hic Philosophus irridet quorundam hominum rusticum morem, qui cum alijs agentes, *vocato cane* (sunt eius verba latine facta) *& eius vestro manu præbenso: hic, inquit, & agrum, & domum, quique in ea sunt omnes custodit*. Et planè, licet sit extra chorum, sed obiter dictum, miræ sunt

Columell.
lib. 7.
de re rust. c.
11.

H 2 quo-

quorundam blanditiæ in catello; Melitenfes: adeo vt interdum nec affantes curent, quin fe deiciant ad rostrum apprehendendum, vel in finum vsq; extollendum. Sed nos excludamus cum Cardano, Oportet eos qui domum bene institutam habere volunt assiduum habere custodẽ. & à custodia domus vniuersæ, descendamus ad peculiarem rei domesticæ curam. Quæ ad eiusdem conseruationem est omnino necessaria: in hoc autem consistit: vt omnia clauibus obserentur, sicuti olim signabantur anulo: quẽ morem, vt potè expeditissimum, Romani antiqui ad admirationem tenuere, licet fuisse vetustissimum apud omnes gentes, & in lege ipsa naturæ dilucidè declarat sermo Iobi, licet metaphoricus, & in ea verba. *Qui claudit stellas quasi sub signaculum*. Sed in libro Danielis obsignat Rex anulo suo, & anulis optimatum suorum: & Iudæi signarunt lapidem, qui sepulchrum Christi domini operiebat. Fatendum est tamen nullibi magis, quàm Romæ hoc vsitatum. Domestica

sup-

supellex, penusq; omnis vanulo signabantur, ne quid scilicet vel furto, vel negligentia periret, mater illa familias apud Comicum.

Obsignate cellas, referte anulum ad me.

Ego huc transeo in proximũ ad meã vicinã.

Quæ diligentia eos processus fecit, vt in hac re non nemo paterni familias multus appareret. Nam vel salinum seruis obsignabant: sed audiebant plura maledicta, & à seruis vocabantur, *Homines vetuli, aridi, aridi* congruenter Plinius. At nunc quoq; ait, cibi, & potus anulo vindicantur à rapina, quo loco hæc anuli obsignationem, suse exequitur, & concludit. *Quæ fuit illa priscorum vita, qualis innocẽtia, in qua nihil signabatur*. Sed morem, vt ego ante innui, vel ante legem habemus in sacris literis expressam. Denum scimus cur Iurisconsultus signatum vinum appellat, voluit dicere signatum cadũ signatum doliũ. Quæ in re est præterea adnotanda Romanorum mulierum diligentia: neque enim

H 3 solum

Plat-

Plin-
lib. 3.
c. 14L. 2. §.
qui v-
num
ff. lo-
cati.Card.
in pro
xen. c.

37.

Iob,

Dan. c.
16.
Matth.
c. 26.

folùm vafa plena, lagenas etiã
vacuas obfignarunt. factum, &
causã habemus in epistola qua-
dam Q. Ciceronis inter multas ad
Tironem. Planè, inquit, *te rogo sicut
olim matrem nostrã facere nemini,
quã lagenas etiã inanes obfignabat, ne
dicerentur inanes aliquas fuisse, quã
furtim essent exsiccata.* Sed de huius-
modi more commentaria cõscrip-
sere viri eruditi, quorum labor
nobis indicat, quid nobis esse de-
beat documento, vt omnis scilicet
res domestica diligentissime ob-
seruetur, quod nisi efficiamus, qua-
si bulla euanesceat. Huc pertinet
vir non imperiti rerum humana-
rũ similitudo, qui patrem familias
(si modo vellet suã rem seruare)
comparabat homini nauiganti ad-
uersus fluminis vndas decurrentes,
qui nisi propulsaasset impetũ aquã
venientis, in præceps raperetur.
Sed non satis est viro œconomico
si penu, cellã vinariã, & cuncta
vtenilia clãbus obserauerit,
clãves ipsas custodiat necesse est,
quas scilicet vel secum deferat, vel
si maiusculæ, & prægrandes fue-
rint

rint in armario reponat, huius
tantum clãue non neglecta. Quod
præceptũ quia Lacydes philoso-
phus neglexit, in re œconomica
foede est lapsus. Etenim ob hunc
vnum errorem, qui est insignis, vi-
detur mihi indignus nomine boni
œconomici, quamuis Laertius in
eius vita asserat circa rem familia-
rem se feliciter gessisse. Aduertite
animum, & quid misero seni acci-
debat ob clãues malè seruatas, co-
gnoscite ex testimonio doctissimi
auctoris. Quum ex penu, inquit,
promeret, quicquid voluisset, ob-
signato aditu rursus anulũ (si-
gnatorũ intellige in vsum clãuis)
per foramen in initio iaculabatur, vt
nihil inde ex reconditis rebus tol-
leretur. id cum animaduertissent
serui (sublato anulo) resignabant,
quã signata erãt, & quo voluissẽt
inde tollebant; idque cum sæpè fa-
cerent, nunquam deprehendi po-
tuerunt. Sed Lacydes fraude ista
seruulorum in foediorem errorẽ
est prolapsus. Nam hoc viso nihil
amplius cogitabat: erat enim ad-
dictus eorum Philosophorum.

Laer-
tius li.
4. d. c.
vitis
Philo-
soph.

sectæ, qui rerum incomprehensibilitatem defendebant. Hominis errorem, qui considerabit, à risu non temperabit. Dicebat enim bonus homo, *Cur ergo putem sensu aliquid percipi posse, cum toties sensus meos falli sciam. Si quidem quoties domo discedo, mihi oculis meis videor videre, quæ in cella vinaria condidit, & repono. At ego idem reuersus domum, aut nihil reperso, quod promam, aut diminutum, quod non fieret nisi verum esset falli sensus nostros, nec ullam in ijs esse certitudinem.* Iepidam hanc historiã, sed à Laertio prætermisissam refert Numenius, cuius fragmentum extat, hodieq; apud Eusebium, qui fusè, & lepidè refert antedicta. donec miser Philosophus suo malo, & detrimento rei familiaris commonefactus ad seruos conuersus dixit. Nimirum aliter hæc in schola disputamus, aliter viuimus.

Nolo tamen prætermittere huius præcepti restrictionem quamdam, habeatur sanè ratio personæ: neq; enim omnibus e cingulo debet clavis pendere, la aulis Præsulum,

Prin-

Principum, in domo virorum dignitate antecedentium deman- detur hæc cura fido oeconomio, cui cellæ penariæ custodia concedatur. is minutissima quæq; clauibus obsignat, qui sedet ad Reipublicæ clauum vix aut ne vix quidem potest illa attendere; quæ si procurer, quis scit an maioribus, & publico sufficiat. Adde quod homines nõ rarò putant, nihil magnificè, & elatè virum cogitare, quem ad magnificentiam retardat leue quoddam studium rerum minimarum. Non pugnant hæc cum ijs quæ decreuimus de cura minimorum. Nam persto in sententia: solùm personæ dignitatem præ oculis habeo, qui nec minima videtur negligere, si ea per alium administrer.

Tenorius

Rectè, & eruditè huc vsque es ratiocinatus. huic postremæ cautelæ, quæ à viris primarijs clauis extorquet, solùm oppono, quod legi, & audiui, de Albico Archiepiscopo Pragensi. Is enim, vt perhibent boni auctores, nulli alteri

II s quam

V. Piu.
qui nõ omnino probauit in viropo liticæ curam minimorũ in re domestica in cõparatione Catonis, & Aristidis.

Abne-
as Syl-
uius in
hist. Bo-
hem. c.
46. idè
in Eu-
ropa.
Dabr.
lib. 25.
hist. Bo-
hem.

quã sibi ipsi credidit clauẽ cellæ
vinariæ, & clauẽ in iure, familiæ
curam significant. Hinc clauis per
somnia conspicua peregrinari
prohibet, nam *significatum est in-
clusionis, & detentionis* ait Artemi-
dorus.

Modestinus.

At ego repono sanctissimum, &
doctissimum Præfulem Augusti-
num: de quo Possidius in eius vita
Nunquam clauem, nunquam anulum
(signatorium) *in manu habens.* Sed
ab eisdẽ domus præpositis cuncta
& accepta, & erogata notabantur.
Et profecto miror te vti exemplo
improbatissimo. nisi te lateant, si
fortè non dissimulas, foedè facta,
quæ Albico notas non vulgaris
auaritiæ inusserunt. Vnde in causa
fuere, vt ab Aenea Syluio *auaritiæ*
Barabrum appellaretur. Hic in-
primis animalia viuientia dono ac-
cepta vendidit; quia sumptuosos
esse coquos nouerat, abiectam
anum culinæ præfecit.

Tenorius.

Tegi possunt hæc aliqua excu-
satione. Nam quæ vendidit, non
fue-

fuere fortasse necessaria familiæ, &
vsi domestico, coquum si è culi-
na abiecit, adactus ad hoc fuit eo-
rumdem rapinis: cum omnes hoc
vitiolaborent.

*An inuenire postulas, quemquam
coquum.*

Nisi miluinis, aut aquilinis unguis?

Modestinus.

Tace si velis, & qui defendas,
illud dictum sordidissimè: cum
interrogatus sonorũ omniũ, quẽ
molestissimum audiret. *Maxillarũ*
respondit ossa frangentium: ait Aeneas
Syluius, sed Dubrauius *equorum,
hordeum comedentium.* Qui auctor
agens de euectione eiusdem homi-
nis ad summũ Sacerdotium Pra-
gense, digniorem iudicauit, qui
Pharmacopolis, quam Põtificibus
adnumeraretur, *ita ingento auido,*
vt loquitur, *& ad rem astento fuit:*
*vt minutissimarum quoq; rerum dili-
gentiam non omittiret;* ipse clauem
à penu, & à cella vinaria sibi reti-
nere, viniq; promam anum abste-
miam præficere, & domi quasi
caupõam, & macellum institue-
re, dum vina meraciõra, eduliaq;

Plau-
tus in
Pleu.

Locis
citatis.

Possid.
in vita
D. Au-
gust. c.
26.

ex piscibus, aubus, feris lautiora ære commutat, seque ad mensam aridam, & sordidam cum familia pauca, & abiecta euocat. Quis enim prosequitur Dubrauius, paulò honestior ei famulareretur, qui ab alendis equis tanquam sumptuosus; propterea quod nocentiam vorarent, ita a uersus erat, ut palam prædicaret se multò patientius ferræ stridorem ferre posse, quam audire per noctem equos dentibus hordeum confringentis. Sed quid sibi hac tenacitate, & tantis sordibus comparauit? præter contemptum nihil: imò non minus suis, quàm aduersarijs fuit despectus. Tunc Hussitarum hæresi paulatim surgenti obsistere non quirit. Hæc etiam auditas hominem adegit ad Sacerdotij nundinas, quod etiam à Rege antea coemerat.

Quanto melius fecisset, si esset imitatus Caspium Carnotensem Aquitaniæ legatum, qui prouincialium munera non accepit, nisi in causa (ait auctor Polieratici) esculenti, & poculenti, & hoc cum summa frugalitate. Sed omnia quæ in Xeniorum ratione offerbantur, ut sler-

cora contemnebat. De quo etiã testatur Bernardus piscem, quem vulgò Sturionem vocant à deuoto quodam legationis sue clerico gratis accipere noluisse. Nec ante acquieuit offerentis improbitati, quam ei pro admissio Xenio pretium numeraret. Quid uetabat saltem, quin Albicus iste muneris, quæ accipiebat, si supererant usui domestico, elargiretur locis consecratis, Coenobijs, & Partenopæis, Xenodochijs, & Nosocomijs?

Novianus.

Necesse est Tenori, te ueritas in Harpocratem, & alia exempla quæras ad tuitionem eorum, qui personam quam sustinent oblitum, ad uilissima ministeria se deiciunt. mihi uisa sunt selecta, & eximia, quæ dixit Modestinus de custodia & cura rei domesticæ. excipiamus alia, si quæ superfunt.

Idem loco citato,

ORDO, ET DISPOSITIO
REI DOMESTICÆ.

Cap. XIV.

*Sine ordine nec usus, neque elegantia.
Non usus rei certa paupertas. Negli-
gentia laboriosior diligentia. Ordo in-
utensilibus. Ordo quæ præfert lo-
cum capaciorem, omnia cõ-
iuniora. Reposit quæ
desunt. Alia
commo-
da.*

Modestinus.

CVram, & custodiam rei do-
mesticæ consequitur ordo,
& dispositio. Atque monitum hoc
de vniuersa suppellectili ne pute-
tis contemnendum. quod si ne-
gligatur, aut nullus est eius usus,
aut diminutus, vt taceam de ele-
gantia, quæ non constat, si omnia
conturbentur. Quæque igitur suis
in locis reponantur, ne cum alicui-
us rei indigemus, desudemus in-
dis-

disquisitione, inutilis est, aut nulla
earum rerum possessio, si quo loco
sint repositæ, nesciamus, si viri sa-
pientes, & celebres oeconomici
huiuscemodi possessionem tantum
abest, vt vtilem iudicarent, vt po-
tius certissimam paupertatem ap-
pellarent. *Vetus prouerbiū est, ait
Columella, paupertatem certissimam
esse cum alicuius indigeas, vbi eo non
posse; quia ignoretur, vbi proiec-
tū iaceat, quod desideratur.* Sed nota
aliam, quam ex hoc elicit senten-
tiam. Itaque, inquit, in re familiari
laboriosior est negligentia, quam dili-
gentia. Hoc vnum appositè nos e-
docet: si desides simus in dispo-
nendis suo ordine rebus domesti-
cis, magis elaborabimus in earum
conquisitione, quàm in collocatio-
ne. Ferè eadem consult scriptor
non admodum vetustus, sed do-
ctus, præcepit, vt vxor in primis
supellectilem disponderet, & quæ
lauta sunt, & ad usum melioris vi-
tæ referuanda, siue ad muliebrem
mundum, viritemue ornatum in-
tra penetralia tutiora suo ordine
disponat. vt si quando usus vene-

Colu-
mell.
12. de
re rust.

Patric.
lib. 4.
de Rep.

rit in promptu sint, nec quærentē fallant. Est enim certissima paupertas, infert. cum rem, quam habeas, desideres, & eius indigeas, ignoresq; quo loco proiecta sit, Verùm non modo hic auctor, Columella etiam sententiam antedictam sunt mutuati à Xenophōte, is enim multo antea dixerat.

Xenophon.
lib. de
facult.
& di-
ctis So-
cratis.

Certa paupertas est, cum alius indigat, eo vti non posse: qui præterea in œconomico magis declarat hoc incommodum, quod prouenit ex incomposita, & parum ordinata, re domestica, exemplo, vt mihi videtur appositissimo. Quærit enim cur interdum duo, qui negotium habeant licet inuicem se quærant, adhuc tamen se non inueniant? contra verò famulus in foro vel si centum res velit mercari, illicò repetat? refert causam in scientiã, vel ignorancem loci vbi quæque res sita est, vel homo manet. Scimus hac ciuitate de iis milia amplius contineri, quam apud nos (est ratiocinatio mariti cū vxore colloquētis) & nihilominus quemque famulorum insperis è foro emptum aliquid referre,

nc-

nemo dubitabit, sed quemuis scire adparebit, quo ire debeat, atq; vnde singula petere, cuius rei nulla alia est causa, quam quòd certo sita loco sint. At si hominem quæras, qui quidem vicissim, & ipse te quærat, sæpè numero citius, re desperata, desines, quam ipsum inuenias. Atque eius etiam nulla alia causa est, quam quòd constitutum non sit. Vbi quemque expectare oporteat.

Sed Xenophon, vel qui loquuntur apud eundem præter certum locum, ordinem etiam requirit, quo profectò ad domus elegantiam nihil potest concinnius excogitari is verò non modo in pretiosa suppellectili est visendus, sed relucere debet in utensilibus pretij minoris, tantam enim laudem meretur cubiculum eleganter instructum, quantum coquina, vel cella penaria, in qua sint omnia apte, & decenter collocata symmetria, & proportio in re qualibet elucet, perturbatio omnia confundit, & confusa facit vilescere. Sed audiamus, quid apud Xenophontem prosequuntur. Nihil est mea vxor in rebus humanis vel vilius, vel pulchrius

ebrius ordine. ad hoc ostendendum
 fufior est maritus adducto exēplo
 exercitus, & nauis in qua multa ar-
 mamenta, multa lignea, & intorta
 instrumēta, multæ machinæ belli-
 cæ, arma, vasa, onera, quæ nauicula-
 tor quæstus faciēdi causâ secū ve-
 hit, cernebatur. Atque hæc omnia,
 (ait homo illa cōtēplatus) quæ dico
 non multo ampliori loco sita erāt,
 quam sit conclaue duorum lectu-
 lorum mediocriter capax. Ordo
 igitur fecit locum capaciorem, &
 si in angusta area ordinē multa col-
 locabis, vix occupant spatium
 illud. Si verò sint dispersa, & per-
 turbata vix pauca includat. Ad
 hæc ordo vniuersæ rei domesticæ,
 & supellestilis præter maiorem
 capacitatem, faciē quoque con-
 cinniorem assequitur, vel in vili-
 bus utensilibus, vt supradixi.
 Quam verò pulchra species (itā pro-
 sequitur) calcamenta qualitacūq; suo
 ordine collocata esse pulchrū, testimē-
 ta seorsim cōiūta videre qualiacūq;
 sint, pulchrū idem in stragulis in vasīs
 æreis, in ijs quæ ad mensam pertinent,
 pulchrū etiā, dicet, licet maxime ridi-

culum sit non homini graui, sed satuo,
 quod ollas quoque concinnitas quam-
 dam habere speciem, si distincte collo-
 catae sunt atunt. Et posterius iam cæ-
 tera quoq; deinceps pulchriorem spe-
 ciem exhibent decenter reposita. Nam
 non singula quidem quasi chorus vaso-
 rum videtur? Sed attendamus aliā
 & præcipuam vtilitatem ex dis-
 positione, & ordine supellestilis
 domesticæ prouenientem. Nam
 ordine seruato, scimus, ait, quæ nobis
 supersint, quæ sint omissa. Sed quis
 est index furum, & rei perditæ
 monitor? Locus ipse, quod abest,
 requirit. Itā planè euenit, vel no-
 lentes interdum recordamur rei vel
 absentis, vel commodatæ, vel de-
 perditæ; ordo scilicet perturbatus,
 & à quo desit aliquid, facit vt ad-
 uertamus. Quamobrem pulchrè
 concludam dissertationem in ea-
 verba. Ordinis perturbatio, (vt sunt
 ex eodem auctore) simile mihi vi-
 detur esse, ac si agricola eodem loco
 coniiciat hordeum, vriticum, legumina.
 Vnde teneamus hunc ordinem in
 rebus domesticis, si cupimus fa-
 ciē vniuersæ domus pulchriore,

concinniorem: ipsam capaciorem,
omnia esse in promptu, & si quid
desit, animaduertere.

Novatianus.

Cum maxima delectatione hæc
audivimus. sed inter ceteros li-
bellos mei itineris comites, vnum
hic in manu habeo, qui continet
epistolas laconicas, e quibus vnam
offendi, quæ restringit in pauca,
quæ cunque de ordine disseruisti.
Si neuter grauabitur: tu Modestine
audire; tu Tenori legere, episto-
la ipsa nõ ingrata accidet, quæ vel
erit breuiarium huius dissertatio-
nis, vel illi tuus discursus vice cõ-
mentarij, en tibi liber ipse, & pa-
gina complicata.

Tenorius.

Permitte prius, vt specularia e
theca educam, ijs necesse est nasci
inferam tanquam forcipi: quibus
tamen ad necessitatem vtor, non
sunt opus: elegantes adeo typos
cerno: papyrus est candidissima.
non refert hic libellus ceteros, qui
ex Germania veniunt: in quibus
*Cadmi nig. l. s. filias, tinctas colore
noctis notatq; surua sepia,* vix di-
scer-

scernas, vt potè in nigriore æquore
papuraceo impressas.

ELYSIVS CALENTIVS

RVFINO.

Difficillimum rerum omnium
puto, benè viuere: quod non
in copia rerum, sed in ordine, ac
solertia situm esse intelligo: sapè
etenim magnis opibus malè, ac ne-
gligenter viuitur, paruis quidem
benè, ac lato animo; sed cupis,
quo nam modò id fiat, ediscere?
Opus est, te Regem domui tuæ
præficere, familiam ordinare,
supellectilem disponere, vt suo
quæq; res loco sita sit, hoc modo.
Hic ollæ primùm suus esto, hic
viceolo locus, hic clauibus, hic
oenophoro, hic vesti, & aqualicu-
lo suus. Illic sit gladius, illic pa-
ropside, illic mortarium, & pistil-
lus. Hic item argentum, hic as, hic
fictile. Illic frenum, & calcariæ.
Illic calami, & libelli. Vbi loca-
ta benè omnia sunt, legem ferto,
ne quispiam horum aliquid, nisi
vñs gratia, moueat: quod si vñs

Apud
Io. Bu-
cher
in Ep.
lib. 3
econ-
cis.

postulet, perfecta iam re, loco locatum reddat, ni vapulet. Sontem verò poena sequatur è vestigiò, ne lex frustra lata videatur. Negligentia enim, & incuria res minuitur. Confunditur autem domus omnis rerum confusione, ac iactura. Vnde domi lites creberrime, vnde animi motus, & ægritudines. Quãto igitur res maior est, tanto maiori cura, atq; ordine gubernanda. Tu si mea sententia, atque instituto vteris aliorum molestias, lites, ac iacturas sapissimè irridebis. Viue.

Modestinus.

Digna est epistola, quæ ab omnibus memoriæ mandetur. Succus est plena, & continet sententias torno elaboratas.



RES

RES VESTIARIA.

Cap. XV.

Descriptio Togæ. Homo sit elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus Episcopus ornatus in habitu. Vestes Cœlo exponendæ. Vestispici, qui olim apud Romanos: vestiti numerus nota in veste linea. Metamorphosis in vestimentis an liceat.

Novatianus.

Agamus de re vestitaria si placet Modestine: nam quod primum mihi fecit admirationem fuit vestitus, seu tunica, quam induunt in Hispania viri sacriati. Videtur quippe præ ea, quæ alibi est in vsu structa artificio exquisito, vmbilicis tumida, ne dicã, superfluam follicante copia. *Hominem sarcina vestiti: quod si eã induus, id pernegas conscientiam tuam perrogabo* (sunt hæc Tertulliani cõtra

Tert.
de 10-
ga c. 5.

To-

Togam) quid te prius in Toga (in hac veste) sentias? indutum ne an onustum? habere vestem an baiulare? Si negabis domum consequar videbo, quid statim à limine properes: nullius profecto indumenti expositio, quam togæ gratularis, non quadrant hæc vesti interiori, quàm hic induimus?

Modestinus.

Bellissimè. Sed non negaueris hoc vestimenti genus viro Ecclesiastico non mediocrem addere dignitatem, modestissimè vestitur in Hispania viri consecrati: de quo nõ est locus differendi. Quod verò spectat ad hanc partem, & præpositum interrogationem desinio cum Cornelio Nepote in vita Pomponij Attici, quem ijs titulis laudat in vniuerso cultu domestico. *Elegans, inquit, non magnificus splendidus, non sumptuosus.* in vestitu igitur, vt in quacunque alia re domestica seruetur mediocritas, metiatur homo hanc etiam rem ad mensuram sui census, & conditionis; vt enim turpe est sordida, atque indecora veste vti, ita inuidiosum nitidiore, atque ele-

Ex Patricio. J. 5. de inf. Reip.

gantiore, & præcipuè cum res familiaris non suppetit, vel vbi æs alienum contraxit. Adnotavi superius à Doctore gætium Episcopum (de quo disputat, & eiusdè exponit insignia) inter cætera ornatum definiri, Græcus habet *κόσμιον*, hoc est, vt alias noster vertit interpret *habitu ornatum*. Hæc autem Aula vult sui inquilinos foris splendoros conspici, licet domi frugaliores sint, veram facit patriam aliquorum paroemiam: coenandum, & potandum tuo palatu, vestendum libito alieno. Sed aduertat œconomus præceptum in re vestitiaria necessarium, vestes, quæ nõ inferniunt vsui quotidiano, frequenter sunt inspiciendæ, à situ, & carie vindicentur, quod consequetur, quæ eas exposuerit coelo liberiori, vt aura flantis maxime Aquilonis perfruantur. Ad hunc vsum veteres Romani, & seruos, & seruas à vestibus habuere, vestispicos, & vestispicas, appellauerunt.


Novatianus.

Audio verba cinctus nõ exaudi-

D. Paulus ad Thessalon. 4.º 12.º

I.

di-



194 IOCO-SERIA
dita Cethegis, tu etiam de anti-
quarijs haufisti ?

Modestinus.

Antiquaria non perlegi, sed ex antiquis auctorib' multa annotaui, ne haerem in lectione quorūdam recentiorū, qui hęc vetusta interserunt in suis scriptis, quasi gemas & lumina linguæ Latinæ. Verūm vestispici, & vestispicæ ita fuere dicti, quod frequenti diligentia vestes inspicerent: & fuere in vsum quem dixi, comparati. *Ducitur familia tota*, ait Plautus in *Trinummo vestispici, vñctor, auri custos*. Et Aphranius in *Vopisco* apud Nonniū. *Novi*, inquit, *nō infestulā ancillulā vespere, & vestispicā*: Licet recentiores Latini eosdem seruos à veste dixerint, vt obseruant in veteri lapide nonnulli. Non addo plura de officio; multominus de nomine. hęc enim critica me parū delectant, interdum mouent stomachū; in quibus video plerosque digladiari tanquam pro focis, atque aris. Vestium numerum Galenus definit quamuis medicus, qui duplicem esse voluit. Simplex illi nō

sa-

OECONOMICA 195
satisfecit ob casus, inquit, qui eueniunt; tum quia foedari, & atteri necesse est; omnis enim vita in mutatione posita est. Plures custodia egent, & aliorum vsui sunt, cum mutuum dare necesse sit. Sententiam Galeni pluribus prosequitur Cardanus in *Proxenetā*, atq; in *domesticis quoque rebus habendis seruandus est modus; ne scilicet Lucullum velimus imitari*, (addo ego licet; possumus) qui quinque millia vestium, mutuo dedit Pompeio roganti; sufficiunt pro æstate duæ vestes, totidem in hyeme, totidem pro medijs temporibus eademque ratio seruetur in caligis, & thoracibus, & capitis integumentis, præterquam in lineis, quæ debent esse multo plures. Nam plures his vestes exeduntur à tineis, & a puluere, furto obnoxia sunt, à plicis finduntur; perit sumptus, pauciores nō sufficiunt. Hactenus Cardanus; qui de suo aliud præcipit, cum lineæ vestes, & omnia e lino confecta lauanda dantur in vilioribus, inquit, & viensilibus, interulis, mappis, linteis lectis, quæ improbi, dum lauant, commutant (estq; hoc malum inmedicabile (nullum inueni

I 2

præ-

præstantius auxilium, quam ac pin-
gere prægrande signum. Verum quis
verat aliud simile in deterioribus
appingere. Vnde parum efficax
remedium adhibuit, melius faciet,
qui cum dat, vestes lineas diligen-
ter inspiciat, & cum receperit di-
ligentius reuifat. Nam intra breue
tempus facile tuæ ne sint, an per-
mutatæ dignoueris; neq; hanc frau-
dem fecerint, si sciant te, quam
præcipio diligentiam, adhibiturū.
Atq; de re vestiaria hæc habui,
quæ dicerem.

Tenorius.

Sed pauciora, quam sperabam,
adducere potuisses multo plura:
campus se aperiebat latissimus. de
panno, de serico: de varijs vestiū
generibus dicere potuisti, quæ ac-
commodatiores, quæ materia vilior,
quæ pretiosior: in summa multa
poteras consulere. Profer saltem
tuum iudicium de vestibus, quæ
ad vsum aliquem factæ, iam sunt
attritæ: non ne ad alium transferri
possunt? nam cum ego perlegerē
librum Catonis de re rustica, inci-
di in hoc præceptum, quod me-

moria teneo, & est de vestimentis
familix dandis. Quoties cuiq; tunica,
aut sagum dabis, prius veterem accipi-
to, Vnde centones fiant. Quo admo-
neri possunt patres familias, ne ves-
tes veteres, maxime non omnino
detritas, abijciant, sed seponant in
alium vsum, quem dies ipse, & or-
casio dicet, si in præsens non sup-
petit. Imò imitentur non paucos
nostræ ætatis, qui eruditi, si Dijs
placet, & disertis ambiunt videri.
Huius farinae homines, si forte in-
cidant in elegantem locum alieni
ingenij foetum, eum arte suam
faciunt. Leporem sententiæ sibi
sumunt, imò verba ipsa, sed in-
uerfa, & aliter interposita, rotun-
dè tamen elaborata, ne scilicet
agnoscantur alienæ industriæ fures
& fuci, canesq; lucernarij (itã au-
diunt, qui ad suam lucernam alio-
rum scripta lambunt) eodem mo-
dò ex pallio, exempli causa, vel ve-
ste suprema non manente, eadem,
seu dissuta, & dissecta prodeant
puero caligæ: hæc rursus detrita,
sed in aliam formam concinnatæ
dent manicas. Non est sine com-

pendio hæc metamorphosis: eam non pauci maiori gustu, & fructu meditatur, quàm si legerent Ouidianam, aut Milesiam.

Modestinus.

Tu etiam, Tenori, exemplum præuertisti, & inuertisti. Prædijit illud, quod te non later, ab erudito auctore; qui consulit Plagiarijs, hoc est imitatoribus inuercundis aliorum scriptorum, ne sint furti manifesti, vt sicuti ex veste veteri alia sarcitur dissimilis priori: ita ipsi quicquid elegans inuenerint in alijs mutant, transcribant, ita eueniet, vt quod alienum est, proprium faciant. Non negauerim vestimenta vetera non esse negligenda. Sæpè tamen domesticis famulis sunt quædam ex ijs, quæ exiit dominus, licet non multum obsoleta, concedenda. Est interdum sint de eorum classe nonnulli parum grati, qui nihil censent accepisse. Cum tamè ex veste data alia angustior sarciri potuisset: quid enim vetat quin homo præsertim non admodum opulentus ex pallio, qui iam non

fert

fert ætatem, concinnet sibi caligas; ex istis detritis, thóracem asuat? (Diuerfos diuersa decent, & sunt hæc præstanda iudicio prudentis) non talis fuit vestis illa D. Caroli Borromæi, quam cum exiit, dari iussit pauperi: Sed ille est iniuriã interpretatus, aded erat lacera, & detrita: vnde accipere recusauit. Sit hoc ijs documento, qui vestes non qualibet anni parte, sed in menses singulos permutant: & integras parasitis, & adulatoribus concedunt, homo Princeps fuit Carolus siue sacrum siue profanũ ordinem respicias,



P A R I A F A C E R E .

Cap. XVI.

Nosce te ipsum *Oeconomicè*. Quid sit paria facere: sumptus non superet censum. *Expensi & accepti ratio habenda. Familia exigua, & bene culta. Rationes examinanda. Seruus cellarius, calculator, conturbator. Festi dies expensis an resarciat profectus. Sera in fundo parsimonia. De dolio utendum in summo, parcendum in medio, largitio non habet fundum. Gulae damna. Proteruiam facere. Coniuiua quatenus celebranda. Cur declarent hominem aurum? De usu Potionis, & pulueris, quæ ex India uenere.*

Modestinus :

Metam nostræ prolusionis mihi videor cernere, ad quam non antea perueniam, quam præceptum rei domesticæ saluber.

ri-

O E C O N O M I C A ! 201

rum exponam, à quo pendet omnis summa. Non ambigo quin uterq; vestrum nouerit tam uulgatum, quam salutare monitum, oraculi ad mortales uniuersos. **NOSCE TE IPSVM.** inscribenda essent hæc tria uerba præ foribus triclinij, cellæ penariæ, cubiculi, uniuersæ domus. non modo enim homines monet, ut sua nouerint, quoad mores, Sed quoad facultates. Vnde Porphirius apud Stobæum *oeconomicus*, inquit, non erit se ignorans, hoc est paterfamilias, & qui præest alijs noscat suum censum: ut scilicet sciat, quid vires portare valeant, quid ferre recusent. ad hoc enim ille dictum oraculi extendit. Ergo eos sumptus suscipiamus, eam familiam alamus, quæ potest census domesticus tolerare. Nitore sit pro re, gloria pro copia. sumptus non superent lucrum, acceptis non præponderent expensa. quod uolui denotare cum dixi, *paria facere*. Nam paria facere hoc loco dico pro eo, quod est accepti, & expensi parem rationem

Porph.
in ser.
de cog.
dicto.

V. Stob.
serm.
31. 4.
89.

l s fa.

Colu-
mell.
lib. 1.
c. 8. Pl.
lib. 6.
ep. 19.
L. fem-
per §
condu-
ctores
ff de
rur e
imma-
nit.
Bud. et
Accur.
ibid.
L. vi.
§. vi ff
de dol
ma. ex
cept.
L. 22. ff
de ma-
numif
l. vi. §
3. ff de
cond.
ind.
l. 8. ff.
de cō-
dit. &
demō.
ff.
Diphi-
l' apud
Athe-
næum.
lib. 1.
c. 2.

facere: qua phrasi vsus est in eodē
sensu Columella, & Plinius iunior
imō, & Callistratus, quo loco di-
xit *paria cum fisco fecisse dicatur*, vt
legit Budeus annotationibus in
Pandectas, ridens meritō Accursij
errorem, qui paria facere verbum
Hispanicum (Catalanicum etiam
putat, & Budeus non notat) esse
dixit. Ab eodem dicendi modo
defluxere illi alij: *Parem rationem
facere. Par ratio, Pariare. Pariatio-
nes. Pariator.* Apud Corinthios cu-
ra fuit magistratus, vt priuati pa-
ria facerent, & non leui propofita
poena. Sic Diphilus apud Athæ-
neum.

*Talis ista lex, o vir optime,
Corinthijs: si quem obsonantē semper
Splendidius aspexerint, illum vt in-
terrogent.*

*Vnde vniat, quidnam agat: quod si
facultates illi sunt.*

*Quarum ad eum sumptum reditus
sufficiat,*

Eo vitæ luxu permittunt frui:

Si alius impendat, quàm pro re sua,

Ne id porro faciat, interdicitur.

Si nō parsat, multa quidē plectitur

Si

*Si sumptuosè viuis, qui nihil profusus
habet,*

Traditur puniendus carnifici.

Sed ad rem. Hoc porro quoti-
diè necesse est etiam faciamus si
domesticas rationes saluas volu-
mus. Legi apud Philosophum La-
tinum hoc præceptum (quod ad
rem nostram deriuo) *quotidie cum
vita paria faciamus*. iubet idem,
quod Pythagoras mādauerat, noc-
tu scilicet dicta, & facta quotidia-
na esse examinanda: & ineundam
rationem: quid deliquimus? quid
boni egimus? inita ratione actorū
diurnorum bona ne, an mala præ-
ponderent? Ita etiam in re do-
mestica est faciendum omnia in-
annos, in menses, in dies sunt ad
trutinam reuocanda, habita nimi-
rum expensū, & accepti diligentē
consideratione: plura ne suscipia-
mus, quàm patiantur facultates
domesticæ? sumptus, vt dixi, an-
superet censum, & loculos exhau-
riat? Idem tenendum in domo
gubernanda, quod in colendo ru-
re Palladius definit. *Modum*, inquit
tene, aestimatis facultatibus tuis in af-

Sen.
Epif.
102.

sumptione cultura: ne superatis viribus excedente mensura turpiter deserre cogaris, quod arroganter assumpsisti.

Pallad
de
rust.
lib. 1.
c. 6.

Animaduertat igitur Paterfamilias quàm splendidam alat familiam. Nam si maior fuerit, quàm cui sufficere possit, illud idem eueniet homini isti, sed vanissimo, quod agricolæ, qui agrum susceperit colendum nô præ mensura facultatum, sed maiorem: succumbat oneri, quod sibi imposuit, necesse est. Cui proinde præcipiunt magistris scientiæ rusticanæ (quæ in multis urbanam repræsentat) ne agrum maiorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Ad cuius rei persuasionem dixisse Poenos, ait Columella: *Imbecillior agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, a lidei dominum.* Ità etiam familia imbecillior sit quàm dominus, hoc est impensa non superet vires census domesticæ. quod si non fiet paterfamilias allidetur humi. Præstat enim ex fumo dare lucem, non sumum ex fulgore. Imò in dies obseruamus minorem præferre

Colu.
lib. 1.
de re
rust. c.
3.

ferre splendorem eos, qui habitant magnificas ædes, aluntq; magnam familiam, sed non diu duraturam, vel malè cultam, quàm alios, qui mediocrem, sed bene curatam: quemadmodum excitatur ex leuistipula, & paleis ingens flamma, & impura, quæ illicò subsidit. Sed diù durat, quæ purior, & diutius permansura ex cereo funali accenditur: idem in magnis obseruauit laudatus scriptor. *Nec dubium, inquit, quin minus reddat laxus ager non rectè à manu cultus, quàm angustus eximie.* Quamobrem rationem cum se ipso dominus crebro putet, ut Cato de villico aiebat ad dignoscendum, nimirum quàm integræ vires domesticæ sint, quàm diminutæ. Hanc cognitionem sequetur sumptuum moderatio: ut res, & rationes saluæ essent, Romani, cellæ præpositum seruum habuerunt, & cellarium vocarunt. Vlpianus lib. xx. ad sabinum *cellarium quoque idest ideò præpositum, ut rationes saluæ sint.* Sed videant oeconomici, cui hoc officium iniungant, ne incidant in conturbatorem aliquem.

Idem
l. c.

Cato
de re
rust. c.
5.

L. 12.
& ff. de
instru.
vel in-
stram.
leg.

ferre

seruum. Nam seruum conturbatorem dicebant veteres; Jurisconsulti, qui domini pecuniam inuertebat, & partem sibi seruabat. Vnde Alphenus, *si quis pistior*, ait, *seruum suum solitus fuit ad certum locum mittere ad panem vendendum, & ille conturbauerit*. Demum ad rem nostram pertinebant calculatores serui, qui per lapillos, aut lapillorum signa computabant, & expensa, & percepta in rationes referebant. Quæ Romanæ œconomix monumenta, & hæcenus à me dicta monent dominos, vt quotidie velint, *Paria facere*. hoc est sumptus censui accomodare.

Tenorius.

Egregiè dixisti: nec videas frequentiores ruinas, quàm istorum, qui magnifici, & sumptuosi famulorum greges alunt, graphicè vestiunt, sed ad paucos dies, non tot occidunt soles, quot famuli deficiunt. Representant serui isti antiquam fabulam, cum homines illi terra orti se mutuo iugularunt. At qui ego referam sententiam huc etiam referendam: & est an-

tiqui Comici, a quo nisi œconomica documenta petamus, nihil restat colligendum ex eius scriptis fructuosum: & hic est finis Veteris Comedię: patrem familias ad res domesticas procurandas bene instruere.

*Festo die si quid prodegeris,
Pro festo egere liceat, nisi peperceris.*
Mæthius.

Vtilem, & proficuum rei domesticæ appellarem ego hanc sententiam cum Plauti interprete non indiferto. Sed tamen, mi Tenori, est rectè interpretanda. & is homo illam teneat, qui ab avaritiâ corruptum gerit animum. Nam auido, & avaro afferet perniciem, & impellet ad omnem tenacitatem. Amplectenda est in summa hæc sententia, si denotet eum, qui festo die magnum sumptum faciat, & aliquid profundat, nisi aliquid in loculis, & in capsis reliquerit intactum, & seposuerit, fore vt profesto die egeat, atq; esuriant. Rectus est sensus iste, & homini circumspecto amplectendus. Sed aliò eam referebat avarus Egelio auctor sen-

Plut.
in Au-
lul.
scena
5. actus
2.

L. 1. §
item
labeo
ff. de
inf. l.
16. §
de

sententiæ; quippe qua voluit denotare, die festo, vel alio celebriori nihil profuse esse infusendum, certè nõ esse hilarius, & latius, quàm profesto indulgèdũ genio, vel alios sumptus faciendos, quod est animi abiecti, & pusilli. Benignam aliam, nec sordidam huius sententiæ interpretationem darem; vt quis scilicet domi suæ eam rationẽ teneat, vt si quod bis, & ter liberalius, & largius insumpserit, tantundem detrahat de quotidiano sumptu, vt paria faciat (quod intentio dixi) & hic sisto.

Tenorius.

Acquiesco tuæ interpretationi, nec aliam illaudo, imò amplector, & planè nisi patia faciamus serò nos poenitebit profusionis, & cum nullum remedium potest adhiberi. *Seram* enim esse *in fundo Parsimonia* vetus, & verum prouerbium seu præceptum est in tuo Seneca. quo admonemur parcendum esse in tempore rebus necessarijs. Neque enim imitari debemus vulgus profusorum, qui tum demum incipiunt parcere, cum viderint

mi-

minimum supereffe. Nesciunt hi certè affine aliud adagium. *De dolio vitendum in summo, parcendum in medio.* Quod dictum indiget peculiari animaduersione. Esto homo largior sit, cum primùm aperuerit dolium, & cados plenos boni vini, quo participet amicos. Sed parcior velit esse, cum ad medium peruenerit, secus cum suo malo experietur veritatem alterius diæterij primo non absimilis, & quod protulit Hesiodus *in fundo parcere, serum est.* Atq; veriora sentiet alia Horatij; non raros enim videris odoratos bonum vinum (ad alia hæc extende) domum ventitare, & frequentare, adesse salutatores. Sed

Hesiodus.

Diffugiunt, cadis

Cum læce succatis, amici.

Mo destinus.

Non nego stulta liberalitate quantas libet opes exhauriri, vel potius effluere; quam rem (quando prouerbij certamus) maiores nostri eo dicto significarunt. *Largitio non habet fundum.* Sed sapissimè est habenda ratio humanitatis.

Horatius.

Cicero 2. de off.

Vr-

Urbanitas multa concedit, quæ adstricta quædam viuendi norma prorsus denegat. Quis bona sua non partiat, & communicet cū amicis? quæ, si secus fieret, multis visa sunt parum suauia. Amicos non appello istos tales, qui soliti cum fortuna mutari, non nos, sed nostra amant; arrosores sunt, qui ubi nos emunxerint, irrident, licet initio arriderent. Hos cenfeo è domo prohibendos. quos sua uenere poetica depinxit Venusinus, & tacite e laribus eliminat.

Vellem hoc loco de gula damnis pauca subtexere, licet alias fuisset dicendi locus, cum nimirum egimus de frugalitate, cui ingluuies è diametro aduersatur. Sed cum de hoc argumento pleni sint libri, tot reperiantur flores exemplorū, & sententiarum super sedendum, duco ab hoc sermone. Et cui est ignota duplex malum, quod ex intemperantiæ labe prouenit voracibus absumunt miseri patrimonium, & vires corporis infringūt, animum etiam debilitant; sicuti temperantia longam præstat iu-

uen-

uentutem, valetudinem, & honestum corporis habitum conseruat; gula contra præcipitem senectutem, inualidum corpus, faciem squalidam, foedamq; reddit. Plures esse, quos perimit crapula, & ingluuies, quam quos enecat ensis, et inedia notum est medicis, et sacrarum literarum studiosis. Nulla etiam vorago est, nullū barathrū, quod rem familiarem violentius absorbeat, quam gula. hæc, quo magis impletur, magis esurit, quo melius prandet, melius canere, studet. Nullæ diuitiæ sunt tam amplæ, nulla supellex tam præclara, nullæ opes tam magnæ, quæ paruo tempore in ventrem nõ demergantur. Facetè Diogenes cum luxuriosi vanalem domum legeret. Sciebam; inquit, quod vino, ciboq; obfessa quam primū dominum euomeret. Albidius quidè Romanus ciuis bona sua omnia comedit. Postremo autem domus, quæ ei supererat, incendio consumpta est. Hoc cum accepisset Cato, per iocum ait, Albidium fecisse proteruiam. fuit enim proteruia

sa-

sacrificium, in quo mos erat, ut si quis ex epulis superfuisset, id igne absumeretur. Quo dicto carpsit Cato ingluuiem ipsius Albidij; et cum fortuna ludibrio expositum esse ostendit. Nam quod comesse non poterat, id combussit: quod helluari, haurireque nequuerat, fortunæ ioco commisit. Melius veteres Romani, qui nullam aliâ ob causam in propatulo, ac sub dio vel aperto atrio coenabant, nisi ut suam continentiam, ac frugalitatem populo ostenderent. Epicurus ipse (licet voluptatis assertor) elegantes, opiparasque dapes est aspernatus, dixitque vescendum esse vilibus cibis, quod paratiores essent. Ferula enim illa lautiora, et exquisita pulmenta ingenti cura, ac nimia, et miserabili impensa, præparantur, maioremque molestiam queritando faciunt, quam voluptatem vescendo. Hippocrates etiâ scripsit homines, qui gulæ, ac ventri student, nunquam bene valere, aut longævus esse posse; animasque eorum nimio sanguine, nimiaque sagina ita impediri, ac si luto inuo-

lu-

lutæ essent: idcirco nihil tenuè, nihilque coeleste meditaris sed de patinis, et ventris delicijs semper cogitare.

Novatianus.

Nunquam ergo licet homini se largius ex hilarare? et conuiuia cum amicis celebrare.

Modestinus.

Sunt auspiciores quidam dies quibus gemo est indulgendum ali quantulum. generatim tamen moneo cœuiuia à bono cœuuarò esse celebranda. Incertum est enim gratiam, an inuidiam conuiuia faciunt. Nam inuitati licet reddantur obnoxij ad parem gratiam referendam, complures tamen sunt, qui neglecti indignantur, et contumeliam aut iniuriam interpretantur. Conuiuium enim præbere Regum, Principum, et opulentissimorum hominum esse putatur. Ut verò amici tempestius conuiujs se se excipiant melius fecerint, si conferant symbolas.

Tenorius.

Ita prorsus existimo. Sed necesse est Modestine, sumptuosa

*Patric.
de in. st
Recip.
lib. 5*

con-

conuiuia aliquando exhibeamus (ad quod ego ægerrimè deuenio) vel alios magnos sumptus efficiamus, vt tenacium, et auarorum nomen à nobis repellamus.

Modestinus.

Longè falleris, Tenori, cum tua domestica sapientia; ne auari nomen feras, aliã viã debes insistere. Non me latet plerosq; esse de genere auarorum, qui quotannis semel, aut bis profusiores videri volunt adhuc, quem dicis, finem respicientes; vt scilicet suspicionẽ auaritiæ amoliantur. Sed tantùm abest, vt apud prudentes hoc assequantur, vt conceptam de se opinionem potiùs confirmet. Ità est: ingens sumptus, et sumptuosum conuiuium si ab auaro exhibeatur magis prodit hominis auaritiã. Vnde apud plerasq; nationes, *conuiuium Auari*, abiit in prouerbiũ. Paradoxa hæc videntur, sed attende rationem. Isti tales auaritiæ morbo bellissimè laborant, qui tamen (vt acutè differit Purpuratus pater) ad crimen suum conlegendum interdum traduci patiun-

tiuntur ad conuiuium aliquod exhibendum, vel sumptum aliũ raro contingentem. tunc verò suos largitate superare contendũt, vt liberalitatis nomen falsò aucupentur, cum tamen ab ea virtute longè absint. quæ immobilem, et continuatum habitum expostulat. Vnde in ea largitate foris læti sunt intus tristes. Cum tamen virtus omnis moralis vel operetur cum delectatione, vel certè sine dolore Hoc prædiuiti illi Romano. M. Crasso euenisse legimus, qui licet (vt in eiusdem vita refert Plutarchus) pecunias sine villo foenore mutuo dedisset, decimam facultatem Herculi consecrasset, publicum epulum aliquando dedisset, ac tres minas in singula ciuium capita contulisset, tantùm abfuit, vt conceptum auaritiæ nomen effugerit, vt potius confirmarit. Vita igitur tenenda semper est moderata, et eodem tenore.

Sed quoniam aduersperascit, hæc postrema animaduersio finem faciat nostri sermonis, et dabis, Nouatiane, diem aliquem, vt cæte.

tera, quæ desint, prosequamur maximè pertinentia ad rem cibariam, et conseruationem rerum domesticarum, quarum ratio cum primis est habenda. Quod si non licuerit per otium, adire poteris nec sine fructu magiam naturalem Ioannis Baptistæ à Porta, et in ealibrum qui inscribitur oeconomicus. neque erit tibi infructuosæ lectio Cardani in proxeneta, vt seponam vetustos scriptores de rusticata.

Tenorius.

Et idem ego sentio: neq; enim negligenda est ciborum natura, qua perspecta tuæ, et domesticorum saluti benè consulis; addo etiam, et censui. Multa enim inganea, quæ ingentis sunt pretij, nõ exiguam valetudini pariunt ruinam. Et cum cibi quos Hispania producit sint optimi succi, et maxima substantiæ, aulicus nouitius, et aduena, nisi his parcè vescatur, excitabit in se morborum seminarium. Itaq; prospicies vitæ, & vidulo si sapias. Neq; tu aduena comedas more regionis: hic enim

ien-

ientaculum, prandium, merenda, cœna sibi mutuò succedunt, licet antiquus mos iste perhibeatur apud Græcos, & Romanos. Tantæ vero ciborum copiæ, & tali bonitati nescio an par fuerit aduenæ stomachus, nati præsertim sub calidiori coelo. Si multi hæc attenderent libitina sanè pauciora fuera referret in suas rationes. Neque etiam fidas aeris clementiæ, ad aulam longè saluberrimam, in qua, vt superius audisti, aer est nitidissimus, electus ex omni Hispano coelo, quem spirarent, & exhalarent Reges Catholici, & post coeli, proxima sit, vt necessaria aquarum bonitas, quæ leuissima, limpidiissima: attamen sæpe in medio Tibure Sardinia est. Maximè si gulæ nimium indulgeatur.

Nonatianus.

Sed qui viuut medicè, non ne viuut misere? Vt senectus ipsa morbus est, ita anxia illa, & nimium castigata viuendi forma infirmitatis loco est.

Modestinus.

Exactam, & scrupulosam vitæ

K

cu-

curandæ rationem non laudat Te-
norius; nō tamen vult negligamus
præcepta de conseruanda valetu-
dine, quæ nō contemnendi magi-
stri subministrarūt. Rodericus His-
panus, Frideuallis Belga, Querceta-
nus Gallus, Castor Durantius Ro-
manus, Schola salerpitana cū gl'of
semate Arnoldi, & alij recētiōres.

Nonatianus.

Sed sperabam occurrere incō-
modis, quæ fortasse ciborum co-
pia crearet, potione nescio qua
(delicatam prædicabant, & in-
delitijs huius Aulæ) cum commo-
do etiam bonæ valetudinis, nomē
fere excidit, adeō peregrine so-
nabat: *Chicolate* dicebant, si rectē
memini; & per hanc dicebant li-
cere semper comedere lautē, opi-
pare, affluenter; quippe quæ mire
adiuuat concoctionem.

Tenorius.

Non vili constat hæc potio, nec
passim sumitur, vt iactant multi:
licet eō res deuenierit, vt qui vult
honestus, & splendidus cenferi,
hanc potionem stomacho iactet
quotidiē libatam.

Modestinus.

Delicata certē est, & salubris;
venitq; in Hispaniam e nouo orbe,
nulla pars diei, neq; anni illam
excludit; calido, frigidoue stoma-
cho dicunt proficuum, (nulla he-
patis iactura) & euerriculum no-
xij humoris. Puluis est, vel massa,
ad quam conficiendam plurima-
rum rerū necesse est teneas nomen.
claturam: hanc hieme in calidam
conijciunt, æstate deliciores fri-
gidam adhibent, donec in modū
liquentis salgamatis eliquefeat, &
calidissimam sorbent, habet etiam
hæc potio suam industriam; plu-
rimū enim refert qua arte massa
ipsa conficiatur, & artificis opera
quā fidelis fuerit. Nam, quæ ve-
nalis prostat, suspecta est cautis:
nec iniuria. audiui enim plerumq;
esse adulterinam, & admisceri ri-
dicula. Qua arte etiam coquatur
non est postrema cura: sit ne po-
tio ipsa eliquata, despumata,
quanto saccharo perfusa, de qua re
amātes huius potione sollēnes habēt
prælectiones. Habet et apud de-
licatulos dicata instrumēta, focū,

ollam, cochlear, infūdibulū, calices
 ē nuce Indica (coccum vocant)
 aureis, argenteisue cruſtris illiga-
 tos: in quibus potio, vt aiunt, ma-
 gis ſapit. In primis teres lignum,
 & læugatum in ima parte rotun-
 dum, & craſſiuſculum, in olla,
 dum feruet, immittunt: rotant, &
 verſant leniter inter vtramq; ma-
 num ad potionem temperandam,
 & miſcendam. Primarij interdum
 viri, & foeminæ lectiſſimæ tem-
 perant, & miſcent, eamq; operam
 præſtant honori amicorum, qui-
 bus hos calices propinant. bene ha-
 bent multi huius potionis vſu (li-
 cet pleroſq; guſtus inuitet, nō ne-
 ceſſitas, & ſapit quidem illa pala-
 tui) ſcrupulum pijs iniecit, an ci-
 tra ieiunij fractionem, cum maxi-
 mē nutriat, poſſit hæc potio adhi-
 beri. apud Indos dicunt licere, ſed
 diplomate Pontificio, quod opi-
 nor, peculiaris aliqua ratio impe-
 trauit. Rifi ego annis præteritis
 dictum hominis non ſcientiſſimi .
 querebatur de vſu, imò abuſu hu-
 ius potionis, quaſi verò patri fatū
 acceleraret. putabam morte intē

Quod
 licet
 al qd
 ſumere
 per
 modū
 medici
 næ li-
 cet nu-
 triat,
 & non
 eſſe in
 ſ. audē
 ieiunij
 Doctor
 Hiſpa-
 nus af-
 ſeruit
 reſpi-
 cients
 fortaſ
 ſe ad
 hanc
 potio-
 ne lo.
 Sanch.
 diſput
 § 1. n. 2

peſtiua ſublato illi feciſſe orbi-
 tatem. ſed riſi hominem qui à me
 de patris ætate interrogatus, re-
 ſpondit animam exaſſe anno
 ætatis quarto ſupra octogefimū .
 Certē in nouo orbe res abiit in lu-
 xum. Audiui ab Archiepiſcopo
 Mexicano homines infimæ ſortis,
 & opifices, qui exercent ſellula-
 rias in hoc potionis genere lucellū
 decoquere: adeo vt diebus feſtis,
 prodigant, quod profectis ſunt lu-
 crati. Huius excuſus cauſa, quia
 tu fuiſti, Nouatiæ, non erit ope-
 ra ſine pretio: habeo hic in ſaccu-
 lo placentulas quaſdam, & orbi-
 culos ex eadem maſſa confectos,
 quos excogitauit induſtria, vt ſine
 alia miſtione ſumantur: tu pericu-
 lum facies quàm grata ſint palatui,
 ſaluti quàm proficua.

Tenorius.

Sumptuoſa eſt hæc potio, nec
 minus laborioſa. Ego vero cum
 pleriq; delector Tabacci vſu, que
 planta eſt ad nos etiam ex Indijs
 delata: & plantam experior miri-
 ficæ animoſitatis in humorem no-
 xium, & in omnes morbos valet

proculdubio. alius porrò duplex
est vsus, vt tu nosti, vel in pulue-
rem redactus, & naribus receptus,
vel fumus admoto igne excitatus.
In hac aula scissum vidimus studia
in contraria, vulgus: adeo vt huius
potionis, quam descripsisti, & Ta-
bacci distincte sint instituta, & ap-
pellata Societates. vel folia, vt di-
xi, in fumum resoluta, vel puluis
ex iisdem confectus, & per nasi
meatus ad cerebrum transmissus
ingens saluti bonum, exiguo com-
pendio, afferre solet.

Modestinus.

Tace, o Tenori, & abi ad tuam
societatem, cui vt video es adscrip-
tus, aliter non laudasses: bene de
hac planta, & rotunde quidam è
neotericis hæc cecinit.

*Planta nocens, ò lethifero planta
borrida fumo.*

*Quam bene diuersis natura remone-
rat oris.*

*Quis te planta nocens trisli veclare
carina.*

Instituit demens.

cum alijs lepidissime dictis. Sed
vteruis vsus quàm deformem ho-

mi-

minis speciem repræsentat? Si fu-
mus placeat, necesse est veniat in
manus vasculus exigue capacita-
tis, ad quem pertinet directè veluti
tibiola, eaq; capata: in hanc minu-
tissimas veluti Tabacci partes di-
gerunt, admotaq; excitant flam-
ma. Tum vero exundat tenuis fu-
mus, & se in aera dispergit. Tum
extimam tibiolam ori insertant,
per ductum spiritu fumum per
concauos instrumenti meatus diu-
tius faucibus premunt, donec sub-
horridus vapor occupet domici-
lium mentis, & mirabili monstro
per omnium sensuum receptacula
laxetur: oculi concepta lacryma-
rum nube ardent: nares caliginosi
aeris reddunt volumina, & os om-
nium fornaculi imaginè figurat,
cum humiditatem lignorum, non
dum victrix flamma exprimit. Sub
sequitur ingens, & sordidum flu-
men, cum omnibus ostijs exciti
ab hac parte humores concepti
exundant. Ac ne quid deformi
spectaculo desit, tam pestilens
odor loca vicina inuadit, vt ex
Averno credas exhalare. Quicum-

Locus
expres-
sus ex
Soy-
ri. o
Ioni-
nis Bag-
elai.

que

que verò è tuis socijs vult elegantior videri, & puluerem deligit præ fumo, adhuc inurbanissimè agit, nam in conuersatione honestissimorum, cū minimum credas, vasculum angusti orificij depromunt, & manū aliquantulum eius puluisculi superindiciunt, deinde naribus admotum cum spiritu suauissimè, (& rusticissimè) trahunt. Vnde istis nunquam fucus nasus: stiria vel in canicula dependet, interdum credas non Tabaccum, sed nitratum puluerem tanquam in bombardam illicò explodendam iniectum, tot enim sternutamenta subsequuntur, vt tōnare, fulgurare, totam viciniam sentiantur permiscere. Scholastici Salmanticenses quando sternutantibus salutem precantur, scitam cautelam adhibent, nimirum nisi sternutent vi Tabacci. Noui homines, quibus non raro capitis vertigo est oborta post hunc puluerem, ad cerebrum transmissum; multa demum in eiusdem vsu sordidè fiunt. Certè sudariola in manibus utentium tot maculis sunt

ple.

plena, quot neque nutritiū pallia. De profectu, & vtilitate multi etiam addubitant, cum sèpè plus attrahat, quàm par sit.

Tenorius.

Dicas quod velis, profecto non negaueris omnes fermè aulicos fumoui vere, fumo delectari. Vidi ego orbis, seu Aulæ typum. Is erat orbis seu globus vniuersæ terræ, cui insidebat puellulus orti ad mouens vasculum, & ubi olam (aduertite quibus fumus patrius non fuit luculentior igne aulico) accomodatam ad excitandum fumum ex folijs Tabacci. Non illepida carmina Schema, seu ænigma declarabant: Vnius memini in quo reposita est epigrammatis venustas.

*Fumus opes, & fumus honos,
fumusq; voluptas.*



